קצור הדקדוק

HEBRÆÆ LINGUÆ INstitutiones compendiosissimæ & facillimæ, in Discipulorum gratiam primùm concinnatæ.

Nunc verò

In Juventutis ubiq; studiosæ, & eorum præcipuè gratiam, qui Theologiæ sacrosanctæ *navant operam, in lucem editæ;*

A M. Ioa. Row, tunc Moderatore Scholæ *Perthanæ*; nunc verò Ecclesiæ *Aberdonensis* Pastore.

אולא : עמי עשו :

GLASGUÆ
Excudebat Georgius Andersonus,
Anno partus Salutiferi
אתמר .i. 1644.

ILLUSTRISSIMO, & AMPLISSIMO DOMINO, D. GEORGIO HAYO Comiti à *Kinnoul*, Vicecomiti à Duplin, *Baroni* à Kinfawnes, *Couſland*, &c. Patrono ſuo plurimùm colendo, *Gratiam & Pacem*.

BEn-zoma, ILLUSTRISSIME COMES, (*ut eſt in Hebræorum diverbio*) ſemper foris eſt, ſtat in oſtio Scripturarum, nec intrare poteſt, Scripturæ enim eum, ut *Joſephus* fratres, per interpretem alloquuntur, non ore ſuo. *Ut huic maturè, in ipſo ſemine, occurrerem*

currerem malo; ex quo erudiendæ præpositus sum juventuti, cujus liberi tui, quinquennio elapso, magna pars fuerunt, & etiamnum sunt, cura fuit, ut tenellas mentes imprimis divinis imbuerem præceptis, deinde ut trilingues redderem. Quantus progressus ad Tarpeias arces *apud nos fiat, cùm non arbitrer meum esse dicere, alto prætereo silentio, res ipsa loquatur. In* Acropolin *&* Athenas *non tantùm contendimus, quantum in* Sionem *&* Solymam: *idque gemina de ratione. Primo, quia Præceptores in scholis grammaticis prorsus, in plerisque Academiis & Gymnasiis Philosophicis, præsides Hebraïcas literas tantùm non insuper habere cernebamus; Græcis verò literis accuratè satis juventutem, primo Academici cursus anno, instituti satis constat: quare* Clenardi *præ-*

cepta

cepta Philologias candidatis, tantùm (ut plurimum) prælibanda, ne vel actum, vel potius ab aliis agendum agere videar, prælego. Hebraïcæ verò Institutiones *istæ, cujusvis ferè classis discipulis, faventiore* Mercurio *natis præleguntur. Ob rationem supra allatam, ad Arithmeticæ præcepta rudiora, ad Geographiæ rudimenta, & Musicæ vocalis etiam praxin aspiramus. Secundo, quia jure hereditario Hebraïca Lingua à me nonnihil postulare videtur, & me, ut natale solum, nescio qua allicit dulcedine. Avus enim paternus, ejusdem nominis, primus in Scotiam Hebræas literas invexisse fertur: apud Pontificios Doctor utriusque juris, Vir celebris famæ (nota loquor) sub tempus* Reformationis Euangelicæ, *à Pontifice Rom. Româ legatus est in Scotiam, ad Euangelii gliscen-*

tis primordia præfricanda, &, qua valuit autoritate, reprimenda. Sed ecce (ut noſtrum habet adagium) Corvum legatum: *Gamalielis Apophthegma non tam vetus quam verum eſt, ipſos Θεομαχεῖς* non poſſe Dei opus præpedire: *ipſe enim Nuncius naſſâ Euangelii irretitus, ejus purâ, piâ, patheticâ prædicatione ineſcatus, pontificiis ſyrtibus, famigerati* Knoxi *opera, extractus eſt; nec Romam repetiit, ſed ejuſdem urbis Eccleſiæ, cujus ego nunc ſcholæ, cum ſummâ laude* Superintendens *præfuit, & ibidem Deo & hominibus chariſſimus conſenuit. Præterea pater meus adhuc admodum puerulus quadriennis vel quinquennis, ante Hebraïcos characteras legere addidicit, quàm vernaculæ linguæ literas noſceret. Hereditario ergo, quod dixi, jure, hanc linguam à me nonnihil exigere autu-*

mo. Hæc fusius, ut cum incæpti rationem tum (quia per graviora, T. D. licet parumper admodum nobiscum versari) quid de liberis tuis, curæ nostræ demandatis, fiat, cognoscas. Institutiones *istæ compendiosissimæ, Te Patronum* (ILLUSTRISSIME COMES) *jure optimo postulant? cum quia, quod dixi, liberi, Domini mei, scholæ meæ, & numero non parva, & pondere longè maxima sint pars: tum quia* CANCELLARIUM HAYUM (*cujus memoria in æternum sit beata*) *patrem Domini mei, patronum fidissimum, & Mecænatem munificentissimum, per omnia, experius sum.* Si ingratum, omnia. *Illius epistola commendatitia, me* Perthensibus *Magistratibus, nec de facie, nec nomine notum, ita commendavit, ut protinus ad cathedram hanc grammaticam occupandam electus sim, &*

aliis prælatus. Quare Sparta & provincia hæc, & hoc quicquid est beneficii, vestræ profectò debetur familiæ. Ad tuam ergo, AMPLISSIME DOMINE, *clientelam & tutelam, fidem & patrocinium, contra vitiligatorum sannas, Momorum morsus, Zoïlorum odia, hominum maleferiatorum calumnias, & dentes Theoninos (quibus, proh dolor, hæc ferrea ætas tantùm non tota scatet) confugit, qui* DOMINO *suo colendissimo,* DOMINÆ *præclarissimæ &* LIBERIS *optimæ spei, liberalissimâ facie, indole nobilem redolente Stirpem, omnia fausta, cum in hac, tum futura vitâ precari, se devinctum nunquam non agnoscet, &* συν Θεω *precabitur assiduè*

Cliens addictissimus, &
Servus humillimus
M^r. Io. Row.

Datum *Pertho Londinum*, Cal. Julij, 1637.

ÆQUO, ET CANDIDO LECTORI, S.

Πολυστυλλογον illud, *Candide Lector*, Quicquid præcipies esto brevis, *nimis esse necessarium, ego, qui in tenella formanda ætatulâ, jam annos viginti contrivi, satis expertus sum. Et quia cum*——brevis esse laboro

Obscurus fio——

in tanta brevitate ut obscuritatem vitarem, sedulò annixus sum. Præcepta quæ pueruli octennes & decennes optimè capiunt, scio provectiores nullo negotio addiscere posse. Cum editionem hanc adornarem, & enchiridion hoc typis committere statuerem, postquam aliquot annos, cum fructu uberrimo, hanc epitomen, discipulis meis, horis succisivis prælegissem; postquam etiam nonnulli ecclesiarum Pastores, & adolescentes Theologias candidati, brevi admodum spatio, visi essent sibi, me prælegente, Compendium *hoc, cum summo compen-*

dio, adamussim assecuti; visum est tres seligere adolescentes, nec sedulitatis summæ, nec memoriæ tenacissimæ; ut, quantulo spatio hæ compendiosæ Institutiones ad unguem ediscì possent, periculum facerem: & fide bona compertum habeo, opusculæ partes maximè necessarias, quas ediscere necesse est, tridui vel quatridui spatio memoria teneri posse: cui si secundum accedat triduum praxi impendendum, futurum spero, imo confido, ut nec me, nec te, laboris suscepti pœniteat. Multas septimanas, vel te judice, inutilius contrivisti. Non assero te per te, sine prælegentis adminiculo, tantulo spatio, tantum posse progressum facere, proventum & profectum assequi: nam viva docentis vox, prælegentis dexteritas, & ad manum habere qui omnes salvat nodos, quantum valeant, nemo in re literaria paululum versatus non novit. Quum ergo nonnulli sacrarum literarum alioquin satis studiosi, educationis, non ingenij vitio, literas Hebræicas ignorent, atque adeo Scripturæ eos per interpretem, non familiariter & ore suo alloquantur,

quantur, ut Josephus fratres compellavit, cum se illis cognoscendum ultro præbuit, utinam unicam saltem septimanam sic transigant, quos Spartæ demandatæ conscientia excitat, ut versantes in opere sacro, linguam addiscant sacram. Quid quod observationes & adhortationes publicè in ecclesiis utiles, ab ipsa vocis nativa significatione, recta derivatione, & Etymo optume petuntur, maxumè genuinæ sunt, textui Biblico convenientissimæ, & Spiritus Sancti inspirationi maxumè consentaneæ. Calcearius corij, chirothecarius pellio alutæ, faber ferrarius ferri, lignarius ligni naturam prorsus ignorare erubescit: An ergo qui his præest, & animarum, à Messia redemptarum, rationem, in extremi die Judicij, certissimam redditurus est, in materia versabitur ignota? Absit. An Palinurus navis divinæ, alterius manui mentis suæ clavum committet? Absit; præsertim jam cum media adeo obvia & parabilia suppetant, si in hac ignorantiæ parte perseverent, ἀναπολόγητοι, quoad hoc, redduntur. Ergo ne diutius incerti in incerto

errent

errent mari; sed ipsi navarchi cum sint, prout naucleros decet, clavum teneant, &, Deo duce, in malacia navigabunt amœnissima. Adolescentes etiam Philosophias candidati, vel qui curriculum Philosophicum emensi, ad Theologias penitiora aspirant studia, cum commodum fuerit, unicam ita impendendam septimanam collocent, postquam Hebraïci adminiculo Lexici, veterem canonem sine prælegente, facilè erit percurrere; & prolixiora, & abstrusiora opera Martinij, Junij, Buxtorfij, &c. libros grammaticos nullo, vel parvo admodum negotio assequi. Est unicum est quod remoram injiciet, Anomaliæ speciales; has etiam è singulis libris excerptas, quasi prœmansum in os ingerentes, transcribendas dabimus, vel ab Amama petant; ita ut, omni abstaculo remoto, nihil sit quod progressum remoretur. Praxin discipulis prælegimus perutilem, in Rudimenta pietatis, Orationem Dominicam, Symbolum Apostolorum, & Decalogum, etiam in 1, 2, 3, 15, 32, 34, 111, 112, & 119 Psalmos: qui ergo hic desiderat

rat praxin, aliquam praxin desiderans, Junij vel Bellarmini exercitationes consulat: in hoc tibi desum, ne enchiridion in molem justi voluminis excresceret. Quis diffitebitur hanc primævam linguam nonnihil divini spirare, quod aliæ omnes non nisi tanto; hæc verò sanctissima & antiquissima lingua tantillo acquiratur spatio! Confragosam & inamænam nemo nisi ignarus vocaverit; quemadmodum Scacchiam, *egregium & ingeniosum latrunculorum ludum qui ignorant, melancholicum & somnolentum indigitant.* Ignari testimonium & opinio, in re incognita, ubique, & meritissime floccipenditur. *Hìc si tibi*, benevole Lector, *prosim, quod volui, habeo. Non hic secundum* Horologium Hebraicum, i. *arcem in aëre fundatam affero; sed quod scripto pollicitus, re præstiti, & si periclitari velis, συν Θεῶ, cum tuo summo emolumento, Ecclesiæ commodo, & meo gaudio, præstare paratus sum. Opus habes molis pondere perexiguum; proinde, ut in geminis fit, plus ponderis apud te habiturum confido.*

fido. Errata *Typographi æquus rerum æstimator boni consulat, festinationi preli ascribat, &, cum per cognitionem licet, ipse corrigat. Vale.*

Totus tuus in
DOMINO,
ac ad aras
Mr. Io. Row.

Judicium Primarii & *Collegii D. Leonardi* ad Fanum *Reguli* de hisce *Institutionibus.*

INstitutiones hasce Grammaticas, à *M. Io. Row* exaratas, recensuimus: præcepta linguæ *Hebrææ*, mirâ cum brevitate & perspicuitate, in iis tradi comperimus. Autoris, in utilitate publicâ procurandâ, voluntatem magnopere approbamus: quæ enim sparsim

sim interciſimque, apud complures Grammaticos intervallata, magno cum labore reperiebantur, ea, in unum redacta faſciculum, optimâ diſpoſuit methodo, tradiditq; ſtudioſis, ut obvia ſint, ultroque ſe offerant, citra moroſam fatigationem. Has itaque *Inſtitutiones*, quæ cum maximo omnium hujus linguæ ſtudioſorum emolumento, typis mandentur, dignas judicamus.

De Schola *Perthana*, ejuſque *Scholarchâ, trium linguarum* Profeſſore, *Encomiaſticum.*

PErthana *quondam Latialis linguæ Schola*
Laude cluebat, fueratq; unius labri;
Nunc eſt trilinguis, Latio jungens Græciam,
Et huic Palæſtinam, omnium linguis loquens.

O ter beatam te nunc Perthanam
Scholam!
O ter beatum Rollum *rectorem tuum!*
Per quem juventus barbariæ procul
habitu,
Rudis & tenella primulis labellulis
Solymas, Athenas, & Romam
ſcitè ſonat.

Io. Adamsonus Acad. Ia.
Regis Rector Primarius.

QUod aiebat *Seneca*, *Non parum habemus temporis, ſed multum perdimus*: id tu nos inſigni *Inſtitutianum* tuarum doces exemplo, & luculento ſpecimine. Si te audimus, faceſſat *Hippocratis* χάλιασμὸς iſte & μεμψιμοιρία: non erit quod amplius moroſè queritemur, *Artem eſſe longam*, *vitam brevem*: nec ſenibus, quibus tu etiam claſſicum canis, ſi per aliquot ſeptimanas provocare labores, perdomare tædium volumus, de diſciplinârum orbe, quam

Quinti-

Quintilianus Eucyclopædian vocavit, erit deſperandum. Macte ergo in Spartâ quam nactus es exornandâ: his tu artibus oſtende, patêre quidem omnibus tam veritatem quam methodum, ſed nondum eſſe occupatam: & qui ante te iſta moverunt, non dominos fuiſſe; ſed duces. Sic nos excita, & munire viam perge: ut non tantûm juventuti, ad amœniorum Muſarum diverticula; ſed nobis omnibus, ad ſeveriores Muſas, & divinæ ſapientiæ penetralia, facilior pateat aditus, ut vel hinc etiam meliora ſuſpiremus tempora, & ſperemus.

Frater in DOMINO *tibi addictiſſimus*
ALEXANDER HENDERSON
V. D. Miniſter.

In *Ioannem Roveum* Authorem.

VErba Sionęæ gentis ſubmerſa tenebris
Cimmeriis mendax Kimchius *ore crepat.*
Quæ vos Rabbini *ſinuoſa ænigmata vultis,*
Nunc facilem linguam dicite, quæſo, ſacram.

Falleris

Falleris Hippocrates, malè parcæ ſtamina vitæ
Curta vocas, artem, vociferare μακραν.
Sit cita mors, rapido ſit & hora fugacior Euro
Bellerophontæis vita volato rotis:
Rovæi *Hebræis ſit mors malè grata Camœnis.*
Hæc relege, aſt artem dixeris eſſe brevem.

Tuus in DOMINO
S. Rhetorfortis.

QUiſquis amas ſanctæ compendia diſcere linguæ,
Hunc lege: ſit parco temporis hora ſatis.
Simplicior Cadmo Moſes, breviorque; ſed alta
Emphaſis, & virtus vocibus ampla ſedet.
Hic Moyſem abbreviat, brevitas nec mente ſerenâ
Deficitur; duplicis lucra laboris habe.

P. P. S. S. T. D.

Hoſpitione

Hospitione sacras excepit Pertha *Sionis*
Musas, at q̃ udis solitas considere ripis
Jordanis liquidâ delectat Taïus undâ?
An quia jam patriis dudum pelluntur ab oris.
Quærentes profugæ quovis in littore sedem?
Haud ita, sed quoniam certo prædixerat olim
Flamine cœlesti vates correptus Esaias,
Cunctas, quaqua occasus sese expandit & ortus,
Voce Cenanæâ strepituras undique gentes.
Ergo & Hebri doceant Hebrides, discantque loquelam;
Vasta etenim quæcunque dabit tibi pagina Michlol:
Omnia Lector habes hoc suppeditato libello:
Non monstrare viæ ad Solymam compendia longæ
Est hoc; sed Solymam usque lares accersere nostros.

G. C. Theolog.
Stud.

In

In Grammaticam Hebræam *Ioannis Rovęi*, mirâ brevitate & perſpicuitate conſcriptam.

HEbręæ in tenebris latitant abſcondita linguæ
Dogmata, fatidici quæ cecinere viri.
Tu vatum de fonte voles haurire perenni,
Salvifica & magni noſcere dicta Dei.
Diſcito primævæ divina idiomata linguæ,
Voce Cenanæâ diſcito ſancta loqui.
Heberi ignotas rogites quis fortè loquelas
Dictet, ad Arctöi littora pene maris;
En claram facilemque viam dacet iſte libellus,
Hanc ſequere, ad Solymam perbreve reddet iter.

Iacobus Guthræus P. P. in Collegio D. Leonardi ad Fanum Reguli.

In

In Institutiones hasce *Linguæ Sacræ* compendiosissimas, simul & *utilissimas ad Philomusos* Carmen.

ADeste quotquot Lympha Castalis juvat;
Collesq́ Pieridum frequentati choro:
Satis superque Cirrha vobis devia
Avertit oræ tramitem Jordanidis.
Redire sacram hæc pagina in viam jubet,
Laticesque Siloæ & Sionis culmina
Adire, monstrans ecce vobis semitam
Compendiosam, præpeditam ambagibus
Iter molestis hactenus deterruit.
Nunc Rovius, *Piscæ velut super jugis,*
Fontes revelat nobiles Abramidûm,
Breviq́ ducit ad Sionem tramite.
Defunctus ille est arduis laboribus,
Ne vos labores improbi deterreant.

Tuus in DOMINO
Frater
A. S.

שיר

שִׁיר מְרֻבַּע לְיוֹחָנָן מוֹאוּ הַטַּאוֹדוֹנִי
לִתְהִלַּת דִּקְדּוּק הַזֶּה:

הוֹי כָּל־חוֹפְצִים בִּלְשׁוֹן עֵבֶר
לִלְמוֹד אוֹתַהּ הֵן הַסֵּפֶר:
הַבִּיטוּהוּ כִּי קָטוֹן הוּא
אַךְ בַּלֶּקַח אֵין כָּמוֹהוּ:
הִקָּבְצוּ נָא וּלְכוּ לָכֵן
אֶל דִּקְדּוּק הַזֶּה כִּי אָבֵן
הוּא הוֹפִיעַ מִכָּל־אַחֵד
שֶׁנִּכְתַּב בִּידֵי הַגָּבֶר:
סִפְרֵי דִקְדּוּק בָּנוּ כֻלָּם
מוֹעִיפִים הֵם וּכְמוֹ הַיָּם
הַגָּדוֹל וּרְחַב יָדַיִם
מַרְאֵהֶם נוֹרָא לִנְעָרִים:
אַךְ הֵן בִּרְאִי צָעִיר רָאוֹהּ
תִּרְאוּ אֶת־הַכֹּל שֶׁבָּם פּוֹהּ:

תֹּל

Canticum

Canticum quadratum *Io. Mowęi Taodunensis*, in laudem hujus *accuratæ Grammaticæ carmine Latino redditum.*

LInguam *quisquis aves sacrosanctam noscere* Heberi,
Huc ades: hunc parvum volve, revolve librum.
Pauca alij multis, hic paucis multa recludit:
Pondere nil majus; mole nihil minus est.
Si folia hæc numeres, tum rivulus esse putetur;
Doctrinam spectes, dixeris Oceanum.
Quare hanc Grammaticam, *quisquis vis discere* Hebræam,
Si saperes, primam; judice me legeres:
Subtilem, exactamque, meræ plenamque medullæ,
Sedule quam fingis præses amare scholæ.
Immensos minimus libros superare libellum,
Vt minimas gemmas maxima saxa vides:
Prolixi autores libri scribendo fatigant,
Terretur tyro, pondere, mole, rudis:
Oceanum aspiciunt operisq́, operæq́ tenelli,
Despondere animum protinus incipiunt:

Discere

Discere (crede mihi) est hoc cuncta volumine parvo,
Quæ reliqui magnis inseruere libris.

I. R.

Laus DEO.

מרקין

In Grammaticæ Hebrææ *Compendiolum*

Authoris ad Lectorem Hexastichon.

NOsse viæ ad Solymam si vis compendia longæ,
Me vide, meque legas: quanta hinc compendia quotque,
Hoc enchiridion dabit! at dispendia fors hinc
Si quis dicat, erunt; sed quid tentare nocebit?
Temporis & sumptus minimi jactura quod hic sit:
Illius, est triduana; hujus jactura, quod assis.

HEBRÆÆ

Hebrææ Linguæ Institutiones compendiosissimæ:

Seu,

Grammaticæ Hebrææ Compendiolum.

PRÆFATIUNCULA.

Lingua Hebræa, præ aliis omnibus, est addiscenda; cæteras tamen (quas infinitis antevertit parasangis) nemo negligat: Illa enim est vetustissima, utpote ipsi mundo coæva: hinc aliæ omnes linguæ, & cardinales habitæ, plurima mutuantur. Hinc Græcorum παραδεισος Paradisus proculdubio est a פַּרְדֵּס (*Pardes*) & λαμπας lampas a לַפִּיד (*lappid*) Hinc Latinorum

piger est a פִּגֵּר (*piggêr*) & Iovem suum, non sine summa blasphemiâ, a יְהוָה (*Jehovah*) derivarunt; sicut & Græcorum Ζευς a ייו (*ziv*) vel a זיו (*ziz*) utrumque Splendorem & emicantem Lucem notat. Denique supra 120 voces vernaculas hinc evidenter deductas observavimus: *v. g.* מְשׁוּרָה (*mesurah*) *a measure*: è quibus tres sunt voces, quæ in omnibus linguis, sine ullâ ferè exceptione reperiuntur. 1. Amen. Lat. Amen. Gr. Αμην. Heb. אָמֵן (*Amen*) 2. *a sack*. Lat. *saccus*. Gr. σακκος. Heb. שַׂק (*sak*) 3. *sixe*. Lat. *sex*. Gr. ἓξ. Heb. שֵׁשׁ (*sheſh*). Lingua Hebræa est dignissima; quippe divina, sancta, & antiquissima: est jucundissima, si simplicitatem & facilitatem; est utilissima & summè necessaria, si argumentum, puta DEI Opt. Max. verbum spectes: hac locutus est ipse DEUS, hac angeli, hac Adam πρωτοπλαστος, & posteri, per annos 1757. usque ad confusionem Babilonicam; post quam

Lingua

Lingua Sancta in eccleſiâ DEI, quæ ex Shemi, Heberi, & Abrahami Hebræi poſteris erat, remanſit: unde etiam eſt vocis verum etymon: nam ab Hebero Heberæi κατα συγκοπην Hebræi dicuntur: & ab eodem Hebero; non a עָבַר (*ghnebber*) trans, propter trajectionem Euphratis, vel ab Abrahamo tranſeuphratæo, Sacra Lingua Hebræa dicitur. Hac Moſes & Prophetæ θεοπνευστοι libros 22. veteris Canonis, Hebræis conſonantibus numero pares, conſcripſerunt: quos hac ratione compendioſiſſimâ, cum legere, tum intelligere, ſaltem interpretari facillimè, συν Θεω, diſces.

Hebræi 22. literas omnes conſonantes habent, puncta pro vocalibus uſurpantes. Conſonantium numerum, characteras, nomina cum Latinis, tum Hebraïcis characteribus expreſſa, valorem ſeu poteſtatem, notas arithmeticas, & literas charactere affines (quarum diſcrimen diligentiſſimè obſervaveris) ſequens indicabit pagella.

Num.	Char.	Lat.	Nom. Heb.	(5) ORIS APERTIO.	Valor & Potest.	Notæ Arith.	Affines
1	א	Aleph	אָלֶף			1	ך 500
2	ב	Beth	בֵּית	b bh vel v		2	ם 600
3	ג	Gimel	גִּימֶל	g vel gh		3	ן 700
4	ד	Daleth	דָּלֶת	d vel dh		4	ף 800
5	ה	He	הֵא	h		5	ץ 900
6	ו	Vau	וָיו	v conson.		6	א 1000
7	ז	Zajin	זַיִן	z		7	11000
8	ח	Cheth	חֵית	hh vel ch		8	Affines
9	ט	Teth	טֵית	t		9	בב כ
10	י	Jod	יוֹד	j conson.		10	גג ד ד
11	כ ך	Caph	כַּף	c vel ch		20	ך ך ו
12	ל	Lamed	לָמֶד	l		30	ח ח ח
13	מ ם	Mem	מֵם	m		40	ן ן ו
14	נ ן	Nun	נוּן	n		50	ן ן ן
15	ס	samech	סָמֶךְ	s.		60	ע ם
16	ע	ghnajin	עַיִן	ghn v. ngh		70	פ ש
17	פ ף	Pe	פֵּא	p vel ph		80	ם ם
18	צ ץ	Tzade	צָדִי	tz vel ts		90	נ ו
19	ק	Koph	קוֹף	k. c. q		100	ך ך
20	ר	Resh	רֵישׁ	r		200	ץ ץ
21	ש	Shin	שִׁין	sch sh. s		300	ם ם
22	ת	Thau	תָּיו	t vel th		400	ף ף

Ubi

Ubi notandum א valere Græcorum leni accentu, & esse nudam oris apertionem. ג valere *g* quod est in lego; non in legis, juxta nostratium pronunciationem: constat enim aliter Germanos, aliter Gallos, aliter Scotos pronunciare (legis) ע in initio dictionis vel syllabæ valere *ghn*; in fine *ngh*.

Regulæ de ש.

REgulæ de ש sunt quinque.

1. שׁ cum puncto in dextro cornu valet *sh* vel *sch*, Gr. χ, & dicitur *schin*; ut שִׁבֹּלֶת *shibboleth* spica virens.

2. שׂ punctatum siniſtrorsum valet nudum *s*, ut & Samech, & dicitur *sin*: ut שִׁבֹּלֶת *sibboleth*: Hujus tantuli apiculi ignoratio, aut saltem diversa dialectus, præbuit ansam cædis 42000. Ephraimitarum, *Judic.* 12. 6.

3. שׁ Punctatum dextrorsum est &

Schin & Cholem, *i.* O magnum vel longum, si prior consonans careat puncto: ut מֹשֶׁה *Mosche*, Moses.

4. שׂ Punctatum sinistrorsum est & Sin & Cholem, si ipsum Sin careat puncto subscripto: ut שׂנֵא *Sone*, odio habens.

5. In שׁ utrinque punctato, punctum dextrum est Cholem, sinistrum Sin, si prior consonans careat puncto: ut עֹשִׂים *ghnosim* facientes; at si ipsum Schin careat puncto subscripto, tunc in Schin utrinque punctato, punctum dextrum valet Shin, sinistrum Cholem: ut הַשֹּׁמֵר (*hasshomer*) custodiens.

Literarum nomina apud Hebræos plæraque sunt significativa; non item in aliis linguis. Aleph sonat dux, Litera princeps, vel bos. Beth domus. Gimel camelus, propter gibbum; vel magadium, *i.* chordarum testudinis musicæ, alteriusve instrumenti musici sustentaculum. Daleth porta vel janua. Vau uncus. Zajin clava vel terebella.

Jod

Jod manus vel ſpatium. Caph curvatura vel manus curva. Lamed ſtimulus vel veru. Samech corona vel circumductum. Ghnajin oculus. Pe os oris. Tzade venabulum bifidatum. Koph ſimia innitens perticæ. Reſh caput, litera capitata. Schin dens, litera dentata. Thau terminus, litera ultima: ſic Aleph dux, vel prima litera. In jod ſignificante ſpatium eſt antiphraſis; quia minimum ſpatii occupat. Interpretationes & rationes ferè omnium afferuntur, quia res tales figurâ & charactere referunt: reliqua à nobis præterita, videntur à ſono potius nomen ſortita, & τεχνικα dicuntur: non deſunt tamen, qui omnibus, abſque exceptione, aliquam aſſuant ſignificationem: & Boleſæus in ſuis tabulis acutius, ni fallor, quam ſolidius, alphabetum Hebraïcum continuatum, à principio ad finem, facit ſententiam. Ut à lingua dictiones, ſic à literis Hebræis aliarum linguarum literæ nomina ſua

derivarunt: *v. g.* apud Græcos alphabeta: apud Latinos *a, be*; ab Hebraïcis Aleph, Beth. Hinc etiam est Chaldæorum Alpha, Syrorum Olaph, & Arabum Eliph, & sic de cæteris.

In notis Arithmeticis א valet 11. יב 12. קיט 119 אסמג 1643, &c. at pro יה, quod 15 notaret, ponunt טו. *i. 9.* & 6, inde 15: quia (scilicet) יה (Jah) est nomen Dei, quod sic profanari putarunt: at hoc nimis videtur superstitiosum.

In sex literis maximè affinibus ב & כ, ד & ר, ם & ם, tres priores, *viz*, ב, ר, & ם, habent angulos acutiores; tres posteriores, *viz*. כ, ר, & ם, obtusiores: ב etiam inferius & qua dextram spectat, extuberat, & prominet aliquantulum, sed hoc in minore charactere vix est perceptibile, visum fugit. Resh etiam acuminatius est in parte dependente quam daleth, & hinc nomen sortitum est.

Consonan-

Consonantium Divisiones.

COnsonantes 22. quinque modis dividuntur. 1. Literæ מְנַצְפָּךְ *Menatzpach*, *i.* hoc memoriali contentæ, sunt biformes; residuæ omnes uniformes: unicum enim habent characterа, in initio dictionis, medio, & fine: unicum etiam in propriis, & appellativis, & non illic majusculum, hic minusculum, quod huic linguæ peculiare est; sed istæ quinque memoriali contentæ geminos, ut in pagina alphabeti videre est, habent characteras: alter, qui dextram spectat, est finalis; alter in principio vel medio dictionis usurpatur. Omnes finales caudas habent dependentes, præter *Mem* finale, quod clausum dicitur; ideoque alterum, distinctionis causa, apertum nuncupatur; quia inferius & siniſtrorsum apertum est, Nulla uniformis caudam habet dependentem præter ק. intelligo ultra spatium reliquarum literarum; alioqui

ד & ר & aliæ possunt dici habere caudas dependentes.

2. Literæ אֶהֱוִי *Ehevi* sunt quiescentes; reliquæ mobiles, *i.* semper audiuntur vel pronunciantur.

3. Literæ אֵיתַן מֹשֶׁה וְכָלֵב *Ethan Moscheve Caleb*, sunt serviles; residuæ undecim, *viz.* קָצַר זָעַף גֵּט חֶסֶד (*Katsar, Zaghnaph, getchesed*) radicales. Radicales, ut vox ipsa indicat, notant radicem; Serviles accidentia & alia, *v. g.* casum, genus, numerum, personam, tempus, inflexionem, derivationem, demonstrationem, præpositionem, similitudinem, &c. Ex his literæ אֶלְבַּשׁ (*Elbash*) sunt Serviles tantum in principio; alias semper radicales: Et quemadmodum literæ Ehevi dicuntur literæ Quiescentes, *i.* non proferuntur, (ut a in cælum, o in cœlum, & iota in ω,) non quod semper quiescant, sed quod sæpe; contra mobiles nunquam quiescunt; ita istæ undecim dicuntur serviles, non quod semper sint tales; nam

nam הָיָה (*Haja*) fuit est ipsa radix, sed quod sæpe sint serviles; contrà radicales nunquam sunt serviles.

4. Pro ratione organorum pronunciandi dividuntur in quinq; classes: nam

Literæ	אַהֲחַע	*achangh*	sunt	gutturales.
	גִּיכַק	*ghichak*		palatinæ.
	דַּטְלְנַת	*datlenath*		linguales.
	זִסְצֵרַשׁ	*zistserash*		dentales.
	בּוּמַף	*bhûmaph*		labiales.

Organa ergo sunt quinque, guttur, palatum, lingua, dentes, & labia: progressus est ab interioribus ad exteriora.

In literis achangh observa elegantem gradationem: nam א nulla, lenis saltem vel tenuis est aspiratio; ut in voce εγω, & in abeo respectu verbi habeo: ה aspiratio est densa, *i.* h. ח densior, *i.* hh, ע densissima, quod sine narium adminiculo rectè pronunciari nequit, *i.* ghn vel ngh. Ubi notandum literas unius organi esse inter se facilè commutabiles: ut א pro ה aut contrà, quia sunt literæ gutturales: כ pro ק aut contrà,

trà, quia ſunt literæ palatinæ: ט pro ת & contrà, quia literæ ſunt linguales: ש pro ם, & contra, quia literæ ſunt dentales.

5. Literæ אהחלתם (*achaltam*) ſunt dilatabiles, ſic א, ל, ח, ה, ת & ם; reliquæ non item. Hebræi dilatant has ſex literas, ut reſidua linearum ſpatia impleantur, quando in fine lineæ non dividant vocem; ut fit apud Græcos & Latinos.

Notandum in his quinque conſonantium diviſionibus, vocabula Hebraïca non eſſe ſignificativa; ſed mera memorialia, ad indicandum literas conflata: Excipe diviſionem tertiam: nam cum in illa bimembri diviſione, utrumque diviſionis membrum undecim habeat literas; ſignificativa afferre in proclivi erat. Serviles ergo continentur tribus virorum nominibus, Ethan, Moſche ve Caleb, *i.* Ethan. Moſes & Caleb. Radicales continentur quatuor vocibus: katſar, *i.* abbreviari; unde קצור (*kit-*

zur)

zur) compendium vel epitome: zaghnaph, *i.* indignari: get, *i.* libellus repudij, apud Rabbinos: & cheſed, *i.* benignitas, miſericordia. Hæc hactenus de conſonantibus.

Vocales.

VOcales, quæ & Puncta dicuntur, dividuntur in longas, breves, & breviſſimas. Longæ ſunt quinque; quarum ſequitur

Nomen.	*Character.*	*Valor.*
1 Cametz mag.	ָ	a mag. ā
2 Tzeri	ֵ	e mag. ē.
3 Chirick mag.	ִי	i mag. ī.
4 Cholem.	וֹ	o mag. ō.
5 Shurek.	וּ	u mag. ū.

Ubi notandum jod quieſcere in chirick magno; ſed chirick magnum ſæpe eſt ſine jod: & ſic tribus rationibus diſcernitur à chirick parvo (ִ) de quo mox. 1. Chirick eſt magnum, ſi accentus adſit, ut דָוִד *David.* 2. Si adſit conſonans quieſcens; ut אִישׁ (*iſhon*) prior vel

vel primus. 3. Cum derivatio ita postulat: הַנְּפִלִים *hannephilim.* p. l. *Gigantes.*

Secundo notandum Vau quiescere in cholem & schurek; sed hoc discrimine: est sæpe Cholem sine Vau, punctum *viz.* suprapositum ad dextrum vel sinistrum literæ: ut מֹשֶׁה (*Mosche*) אֳמָרִים (*omerim*) dicentes. Shurek nunquam est sine Vau. Deinde cum vau quiescit in utroque, cholem est in apice, schurek in gremio. Denique cum est cholem sine vau, semper sequitur literam cui adhæret, *i.* sinistram spectat: ut אֹמֶר (*Omer*) dicens.

Vocales breves sunt quinque, quarum sequitur *Nomen*, *Character*, *Valor*.

1.	Patach.	ַ	a bre. ă
2.	Segol.	ֶ	e par. ε
3.	Chirik p.	ִ	i bre. ĭ
4.	Cametzchatuph vel	ֳ	o par. ο μικρ.
5.	Kibbutz	ֻ	u bre: υ ψιλ.

Ubi notandum Cametz magnum, *i.* a longum, vel (ut alii) sonum medium inter *a* & *o*, coïncidere figurâ cum priore

ore charactere ⁊ cametzchatuph, *i.* o brevis, sine punctis, sic (·) Discrimen postea (quod valdè attendendum) quinque patebit regulis. Nemo est qui ignorat magnum & longum, itidem parvum & breve, si sermo instituatur de quantitate, æquipollere.

Vocales decem quæ præcesserunt Regiæ dicuntur; sequuntur Serviles, quæ & brevissimæ dicuntur: suntque numero quatuor: *viz.* Sheva simplex unicum, & compositum triplex; quorum sequitur

Nomen.	*Character.*	*Valor.*
1. Sheva simplex	:	*e* rapidiss.
2. Cateph patach	⁚	*a* breviss.
3. Cateph segol	⁚	*e* breviss.
4. Cateph cametz	⁚	*o* breviss.

Ubi notandum Cametz chatuph, *i.* o breve coincidere hoc charactere (·) cum Cateph cametz, *i.* o brevissimo: discrimen postea quatuor patebit regulis. Chatuph chateph, vel Chateph correptum vel breve significat.

2. Notan-

2. Notandum Scheva compositum inventum esse ob gutturales אַהְחַע ut rapiditas Shevatis simplicis sistatur aliquantulum, donec gutturalium pronunciatio (quæ apprime difficilis est, præsertim ע) in ore formetur: hic valde observandum solas gutturales habere Sheva compositum; sed non solum. Præterea gutturales loco Shevatis simplicis in initio assumere ֲ vel ֱ, in medio habere quidem Sheva simplex post Segol vel Chirik par. sed quiescens, vel post aliam vocalem cum accentu, vel cum sheva geminatur: ut אֱמוֹר (*emor*) dic יֶהְגֶּה (*jeghe*) medirabitur: שָׁמַעְתִּי (*shamanghti*) audivi: נֶפְכּוּ (*nephchu*) conversi sunt.

3. Notandum gutturales posse assumere Sheva simplex in medio, si sequatur una ex his literis חַם שֶׁקֶץ נוֹזְלִים ut מַחְסוֹר (*machsor*) defectus.

4. Notandum Scheva compositum punctuare & se & præcedentem consonantem, *i.* quæ dextram spectat: ut

בַּאֲשֶׁר

בַּאֲשֶׁר (*caaſhor*) quemadmodum: אֶחֱוִי (*ehevi*) memoriale quieſcentium: אָהֳלוֹ (*oholo*) tabernaculum ejus: tria ſunt exempla, quia Scheva compoſitum eſt triplex: in primo exemplo, ſecunda conſonans habet catephpatach; & prima patach: in ſecundo exemplo, ſecunda conſonans habet catephſegol; prima Segol: in tertio exemplo, ſecunda conſonans habet catephcametz; prima cametzchatuph. Excipe cum compenſatio impedit aut εὐφώνια: nam his vicibus, prior conſonans non ſemper habet punctum ſimplex affine: hoc enim eſt punctuare præcedentem conſonantem.

Sheva ſimplex (:) aliquando eſt mobile, eſtque *e* rapidiſſimum; aliquando quieſcit; & tunc conjungit duas conſonantes in unâ ſyllabâ: ut בִּפְקוֹד (*bipb-kod* vel *bi-phkod*) in viſitando: ſic דַּטְלְנַת (*da-tlenath*) lingualium memoriale.

Sheva ſimplex in tribus locis quieſcit:

ſcit: 1. In fine licet ſit geminum: ut יֶפְתְּ (*Japht*) perſuadeat: nam in initio non poſſe quieſcere in plurimis dictionibus, ipſa natura dictat: ut לְאֹ (*velo*) & non. In שְׁוְא (*ſhave*) vanitas, & חֲטְא (*chete*) peccatum, aliis ſheva non quieſcit: quia cum ſequatur א, licet quieſcens, non cenſetur in fine: aliis tamen quieſcit: & adhuc ſub judice lis eſt. Kimchi monet eſſe formæ מָוְת (*maveth*) mors; & ſcribendum eſſe שָׁוְא ſed Segol corripitur in Scheva: Ergo legatur. 2. In medio dictionis ſi ſcheva geminum occurrat, prius quieſcit: poſterius eſt mobile; ut תִּפְקְדִי (*tiphkedi*) viſitabis tu fœmina, יִשְׂמְחוּ (*jiſhmechu*) lętabuntur. 3. Sheva quieſcit poſt vocalem brevem: ut מַפְקִיד (*maphkid*) viſitare faciens, vel præficiens ad viſitandum. Sed ſi ſheva ſimplex ſit ſub litera dageſhata geminanda (de qua mox) quamvis poſt vocalem brevem, non poteſt quieſcere, niſi finale ſit, ut פִּקְּדוּ (*pikkedu*) diligenter, con-

tinuó

tinuò visitarunt: nam *i* post geminum *r* in corripio, vel post geminum *m* in committo, non potest non pronunciari. Extra has voces Sheva semper est mobile: *v. g.* post vocalem longam, ut אֹמְרִים (*Omerim*) dicentes: Sed si accentus tonicus vocali longæ addatur (ut volunt nonnulli) Scheva sequens constituit quiescens, hoc fit post tres vocales; Tzeri, Cholem & Chirik *m*, ut תָּגְלְנָה (*tagelna*) פְּקוֹדְנָה (*pekodnah*) תָּקוֹמְנָה (*takimna*) revelate, visitate, erigite *f g.*

Aliis Scheva est mera copula, non omnino vocalis; his semper quiescit: nam iis בְּכוֹר (*bechor*) primogenitus, est (*behor*) quod quomodo proferatur vix video; & utcunque pronuncies, Euphoniæ & nitori sacræ linguæ repugnare videtur.

Dages. Mappik. Maccaph.

SÆpe inter legendum occurrit punctum in gremio literæ: estque vel

Dages

Dages vel Mappik. Hinc sunt illæ phrases Grammaticis Hebræis familiares, Litera dageshata vel mappikata, *i.* affecta hoc vel illo puncto.

Dages est duplex, lene & forte: Dages lene locum habet in solis sex literis memoriali hoc בְּגַד־כְּפַת contentis: è quibus dages tollit aspirationem: ita ut *v. g.* ב quod sine dages esset Raphatum, *i.* aspiratum, & valeret *bh*, vel (ut alii) *v* consonantem; ut pro בֵּיתָא (*beta*) nonnulli pronunciant (*vita*) quod Scotis non arridet; si adsit dages lene, sic בּ, est nudum *b*: & sic de cæteris; ut בַּ *ba*, גֶּ *ge*, דִּ *di*, כֻּ *ca*, פֻּ *pu*, תְּ *ty*.

Dages forte geminat literam: ut apud Latinos virgula transversa, vel lineola supra posita in voce committo: & sic בּ dageshatum dages forti valet *bb*, מּ valet *mm*: ut in voce גַּדְּלוּ (*ghaddelu*) magnificate ubi דּ valet *dd*: ubi notabis dages forte cum Schevate mobili post brevem vocalem.

Dages forte locum habet in omnibus literis

literis niſi gutturalibus & reſh, quæ, ſi quando dageſhentur, vehemens eſt anomalia: gutturales אַהֲחַע ob difficultatem pronunciationis, non poſſunt geminari: & non opus eſt ut ר geminetur, cum vel unicum ſit ſoni ſatis duri. Sancta enim lingua, ne non omni modo perfectiſſima eſſet, ſuaviſſima eſt, & εὐφωνίας ſtudioſiſſima. Ubi præcipuè notandum in literis בְּגֶדְכְּפַת dages interdum eſſe lene, interdum forte; quæ ſic diſtingues: 1. In initio dictionis dages ſemper eſt lene; nunquam forte: nam in initio unam & eandem conſonantem non poſſe geminari, ipſa natura dictat: ut *bba* nemo ſcripſerit, aut pronunciaverit. 2. In literis begad-kephath dages eſt lene in medio dictionis, poſt Scheva quieſcens, idque ob dictam rationem, quæ & hic quadrat: ut מַלְכוּת (*malkuth*) regnum. Alias ſemper, & extra has duas vices, dages in illis ſex literis eſt forte: Si in aliis literis præter ſex dictas, occurat dages,

procul

procul dubio est forte; nam cæteræ literæ dages lenis non sunt capaces.

Denique si scire velis quando hæ sex literæ sint raphatæ, quando dageshatæ dages leni regula hæc est: Quando sheva quiescens est propriumpunctum, tunc post tale sheva literæ begad-kephath habent dages; at si Sheva non sit proprium punctum, sed ponitur loco ⁊ Segol aut Cametz, tunc dages tollitur & raphatæ manent, *v. g.* מַלְכוּת: nam hic Sheva est loco ⁊ Segol a מֶלֶךְ rex: utrumq; vide in מְכַלְכֵּל præfectus.

Mappik, *i.* proferens vel educens, est punctum in gremio duarum literarum ה & י, facitque has literas mobiles, quæ alioquin quiescerent: sunt enim è literis Ehevi, *i.* quiescentibus; sed hoc discrimine; ה mappikatum finale est, & frequentius; י mappikatum est in medio, & rarius: *v. g.* אֱלוֹהַּ (*Eloah*) Deus: מַלְכְּיוֹת (*malcujoth*) regna; pronunciandum per *u* Gallicum, *i.* ὑψιλον. Mappik est in jod post Chirick & Kibbuts:

buts: ut תַּחְתִּיָּה (*tach-ti ja*) inferius: nam ſine mappik legendum eſſet (*tachtia*) & ſic jod conſtitueret vocalem longam, & quieſceret in Chirick. Exempla ה mappikati ſunt præſertim affixa tertiæ perſonæ, f. g. ut אִשָּׁהּ (*iſhah*) maritus illius fœminæ. Interdum mappik ſcribitur ſub ה, hoc modo ה֫; & ſic charactere coïncidit cum Chirick; ſed cum Chirick nunquam præcedat ה finale, non eſt quod confuſionem diſtinguendorum vereare.

Maccaph eſt virgula vel lineola tranſverſa, ducta inter duas dictiones, quæ facit ut legantur in morem unicæ: ut כָּל־אֶרֶץ (*coleretz*) tota terra, כָּל־גּוֹי (*colgoi*) omnis gens. Huic apud Latinos reſpondet unio: ut derepente; & apud Græcos apoſtrophos: ut παὶ ἐλεῆσον, ἀφ' &c. Nota: Tzeri ſequente conſona finali mobili ante Maccaph corripitur in Segol: ut אֵת־כָּל pro אֵת־כָּל (*ethcol*) omne in accuſ. Ubi notandum monoſyllaba requirere poſt ſe maccaph, & ſequens

sequens nomen habere ה demonstrativum. ut אֶת־הָעָם (*eth-hagnam*) illum populum: עַל־הַיָּם ad terrā: אֶל־הָאָרֶץ super mare: hinc tres sunt exceptiones 1. Si sequens sit proprium: ut אֶל־יֵשׁוּעַ (*el-Jeshuangh*) ad Iesum. 2. In statu regiminis: ut עַל־פְּנֵי, super faciem. 3. cum habet affixum: ut אֶת־עַמּוֹ, ad populum suum: his enim tribus vicibus ה demonstrativum desideratur.

Cametz mag. & par.

CHaracter קָמַץ Cametz sine punctis, sic (ָ) est interdum Cametz *m. i.a* longum; interdum Cametz chatuph. *i.o* breve, idque quinque vicibus. 1. Est *o* breve, si sequatur sheva, & non intercedat accentus rhetoricus, Metheg (ֽ) & tunc illud Sheva quiescit, quia est post vocalem brevem: ut חָכְמָה (*chochma*, non *chachema*) sapientia. 2. Ante dages forte sine accentu illo intercedente: ut רָנּוּ (*ronnu*, non *rannu*) cantate.

3. Ante

3. Ante Maccaph ſine accentu ſi non proxume præcedat א aut ה: ut כָּל־אֶרֶץ (*coleretz*, non *caleretz*) 4. Ante conſonam finalem mobilem ſine omni accentu; ut וַיָּקָם (*vajakom*, non *vajakam*) & ſurrexit. 5. Ante gutturalem punctatam cum catephcametz: ut אָהֳלוֹ (*oholo*, non *aholo*) tabernaculum ejus vel ſuum: nam ſic Scheva compoſitum punctuat & ſe & præcedentem conſonantem; alias & extra has quinque vices cametz ſemper eſt *a* mag. Inter cametz chatuph, *i.* o breve, & cateph cametz, *i.* o breviſſimum, coincidentia in hoc charactere (ָ) non eſt operæ pretium diſtinguere, cum utrumque ſit o, idque breve: quæ nihilominus quatuor modis diſtingues: priores duæ diſtinctiones pertinent ad cametz chatuph; poſteriores duæ ad cateph cametz: 1. Eſt cametz chatuph, *i.* o breve ante Sheva quieſcens: ut קָרְבָּן (*korban*) oblatio: 2. Ante dages forte: ut רָנּוּ (*rannu*) ut nuperrime dictum

est de cametz sine punctis. 3. Contra, est cateph cametz, *i.* o brevissimum, si reperiatur sub gutturali: quia Sheva compositum est gutturalium: ut אֳהָלוֹ (*oholo*) sed cametz chatuph est literarum cujusvis alterius organi 4. Cateph cametz, *i.* Sheva compositum nunquam scribi potest sine punctis perpendiculariter dependentibus, *i.* Shevate simplici; at cametz chatuph (ut nuper dictum) quinque vicibus sine punctis reperitur. Denique Cametz chatuph & Cateph cametz, si voces spectes, synonima sunt: illud enim est Cametz correptum; hoc vero correptum Cametz: sed cum חאועה sint, situs satis distinguit.

Literæ Quiescentes.

INter legendum necessarium est cognoscere quando literæ אהוי quiescant, & quando sint mobiles: hoc patebit octo regulis, quatuor priores designabunt

ſignabunt motum, quatuor poſteriores quietem.

Literæ יְהוָה ſunt mobiles 1. cum habent punctum mobile: ut יְהוָה (*Jehovah*) DOMINUS: Hæc vox conſtat tribus literis quieſcentibus י, ה & ו, nam in Uni-trino & tri-uno Domino uua eſt quies; ceterùm in hac voce non omnes quieſcunt: י non quieſcit propter ſheva initiale mobile, unde ſyllaba Je: ה prius non quieſcit, propter cholem, unde ſyllaba ho: ו non quieſcit, propter cametz punctum mobile, unde ſyllaba va: ה poſterius & finale quieſcit, quia non mappikatur. Cæterùm cur noſtrates ſcribant (*Jehovah*) exprimendo, per typum ſaltem, ה quieſcens; & (*Abel*) ſupprimendo ה mobile, cum ſit הֶבֶל (*Habel*) vix video: ita enim confuderunt miſere duo diſtinguenda, Habel, *i.* vanitas; & Abel, *i.* luctus, ab אָבַל luxit. 2. Uau & Jod ſiquando dageſhentur, non poſſunt tunc quieſcere, ut אִוָּה (*ivva*) concupivit: Ergo (ו) hoc

loco non est schurek, sed ו dagesatum. 3. ה & ו mappikata (ut dictum) sunt mobilia. 4. Literæ ehevi sunt mobiles, cum coalescunt in quasi-diphthongos; propriè dictas enim diphthongos lingua Hebræa non agnoscit: *v. g.* לַיהוָה (*Laihova*) Domino. דְּבָרָיו (*delbharau* vel *devarau*) verba ejus: ubi Jod in medio quasi-diphthongi quiescit: עָנָו (*ghnanau*) mansuetus, humilis. פָּנַי (*phanai*) facies mea. גּוֹי (*goi*) gens: בָּנוּי (*bhanui* vel *vanui*) ædificatus לַיְלָה (*Lajela*, aliis *Laila*) nox: & similibus, quæ aliquo saltem modo diphthongos referunt. De Lajela & Laila sic, ni fallor, statuendum: Si scribatur cum Patach לַיְלָה lege Laila; nam sic Scheva quiescit post brevem vocalem; non secus ac in לַיהוָה, si scribatur cum Cametz לָיְלָה lege lajela: nam sic scheva est mobile post longam vocalem.

Contrà 1. א semper quiescit: 2. Reliquæ sæpe quiescunt post longas vocales præcipuè: nam Jod quiescit in medio

&

& fine poſt tzeri ſegol & chirick, ut שְׁנֵי (*ſheve* per שוא) duo שִׁנֵּי (*ſhinne*) dentes. Uau quieſcit ſub Cholem & in Schurek: vide longas vocales; & in fine poſt Cametz, Patach, Tſeri, & Chirick coaleſcit in quaſi-diphthongon, non raro jod quieſcente intercedente: ut פִּיו (*piu*) os ejus 3. Literæ Ehevi quieſcunt, cum habent ſub ſe Sheva quieſcens, ut יִהְיֶה (*jije*) erit. 4. ה finale, niſi mappicetur (ut dictum) ſemper quieſcit, & omnes quatuor, cum non habent vocalem, quieſcunt.

Accentus.

QUicquid inter legendum conſpicimus præter conſonas prædictas, & vocales ſeu puncta, vel accentus eſt, vel Cethib.

כְּתִיב *i.* Scriptio, cujus (ut ita dicam) correlatum eſt keri קְרִי *i.* lectio, notat dictionem ita quidem eſſe ſcriptam; non tamen ita legendam. Character

Gethib est circulus (o) dictioni impositus; character קרי Keri est (קְ): & in multis Bibliorum exemplaribus, in margine libri scribitur. Ergo circulus Cethib hoc vult, ne legas hanc dictionem, sed illam quæ est in margine lege his punctis quæ Cethib habet: Et quemadmodum apud nostrates (& opinor apud omnes) præcipuè cum exprimuntur actiones jam in natura corrupta pudendæ, aut obsequium naturæ præstandum, alia est vox obscænior, & minus grata auribus; alia est plausibilior, & magis grata auribus: sic sæpe se habet in Cethib & Keri: Cethib designat vocem minus gratam esse in textu, & non esse legendam; Keri designat vocem magis gratam esse in margine, & esse legendam, quo dictum modo.

E plurimis accentibus, quorum alii sunt Musici vel tonici, qui nobis incognitam harmoniam moderantur Musicam; alii Rhetorici, qui pronunciationi inserviunt; alii Grammatici, qui dictionem

ctionem acuunt,& orationis interpunctioni & distinctioni inserviunt, quinque (reliquos minùs necessarios, juxta compendii legem, consulto prætermittentes) notamus: quorum sequitur

Nomen.	*Character.*	*Valor.*
1 Metheg. rhetor.	׽	Retinaculum.
2 Silluk grammat.	׃	Periodus (.)
3 Athnak grãmat.	׀	Colon (:)
4 Zakeph-katon.gr.	֑	Semicolon (;)
5 Revia grãmat.	֒	Cõma *vel* virgula

Ubi notandum sedulò Metheg, Silluk, & Athnak subscribi consonantibus; Zakephkaton& Revia superscribi. Sic enim Zakephkaton à Schevate simplici distinguitur: sic Revia à Chirick parvo. At quando Cholem etiam superscribatur, sic distingues à Revia: Cholem superimponitur lateri dextro vel sinistro: sic בֹ *bo*; Revia superimponitur medio literæ: sic בֵ, *b*.

Notandum etiam Metheg accentum Euphonicum vel Rhetoricum charactere & situ coïncidere cum Silluk ac-

centu Grammatico: distinctio hæc est, Si in unâ dictione unicus sit, is est Silluk: siquidem nulla est dictio quæ accentu Grammatico vel acuto destituitur, nisi illa quæ per Maccaph alteri adjungitur; Si verò hic accentus (׀) in una dictione geminus sit, prior est metheg rhetoricus, posterior silluk grammaticus. Metheg & Silluk valore differunt: nam metheg significat habenam, frenum vel retinaculum, quia pronunciationem suaviter ad tempusculum sistit, ne lingua præcipitata nimis pronunciatione hæreat & titubet: Silluk verò notat periodum, & (quod commune est omnibus accentibus Grammaticis) acuit syllabam.

Retinaculum est triplex, 1. Subscriptum, & dicitur metheg: 2. Inscriptum sic ֥ & dicitur *mazze*. 3. Retinaculum solius puncti Sheva: scribitur sic ֫ & dicitur *Gahaja*. Silluk etiam à nonnullis Soph-pasuk dicitur, & sub hoc nomine semper notat finem versus, scribi-

turque

turque :׃ Sed Silluk & Soph-pasuk, ut charactere, ita & potestate differunt: Silluk enim semper vel notat syllabam acutam, vel finem plenæ periodi & sententiæ integræ; at Soph-pasuk notat finem versus, ubi sæpe est minima interpunctio, *videlicet* comma vel incisum; nonnunquam nulla omnino distinctio.

Silluk notans periodum sæpenumero vertit vocales breves in longas: hoc, cum in usu sit frequentissimo, valde notandum est Athnak non semper valet colon; præcipuè in poëtica Bibliorum parte. Zakeph-katon, *i.* minus sic dicitur, ut distinguatur à Zakephgadol, *i.* majore: Zakeph minus scribitur sic ֔; Zakeph majus sic ֕ Non solùm Revia, sed & Segolta, quod scribitur sic ֒, incisum aut comma, vel semicolon notat: & dicitur Segolta, quia est Segol literæ impositum.

Vocabulum quod accentum habet in ultima, dicitur *Milra*, quod in penultima dicitur *Millel*.

Notandæ sunt denique quinque accentuum regulæ celebratæ, 1. Syllaba quæ accentu notatur, ea plerumq; acuitur. 2. Si idem accentus in eadem geminetur voce, prior syllabam acuit. 3. Si in una & eadem voce diversi sint accentus, posterior syllabam acuit; prior euphoniæ inservit. 4. Accentus tonicus vocali longæ additus Sheva sequens constituit quiescens, vide Sheva. 5 Literæ בגדכפת post vocem vocali longa, aut litera quiescente finitam, ac quolibet accentu rege notatam, dages lene accipiunt, aliàs rhaphatæ manent. Raphe est virgula transversa literæ imposita, *Exod.* 20. 9. 13, 14. alias character planè exolevit res ipsa frequens est satis. Hæc de accentibus.

Regulæ de legendi ratione.

OMnia supra dicta ad legendi rationem spectant, ut plurimum; sed ut legendi rationem absolvamus, quatuor sunt diligenter notanda: 1. Inter legen-

legendum, atque adeo scribendum, naturæ ductum, ut in omnibus fere sequuntur: procedunt enim sinistrorsum à dextra (quod illis peculiare est, & contrà quàm fit apud Græcos & Latinos) quâ scribimus; non ut Europæi, dextrorsum, à sinistra, quâ non scribimus. 2. Inter legendum mutarum Latinarum, non semivocalium pronunciationem sequentes, consonantem legunt ante punctum suppositum, impositum vel appositum. *v. g.* בַּ *ba*, non *ab.* בְּ *bo*, non *ob.* בּוּ *bu*, non *ub.* Excipe, cum reperitur Patach in fine, ante ח, ע, & ה mappikatum finalia, ut מָשִׁיחַ (*Mashiah*, non *Mashiba*) Messias, unctus, ὁ χριστός: sic שֹׁמֵעַ (*Shomeangh*, non *Shomeghna*) audiens. Exempla ה mappikati sunt pronomina affixa, tertiæ personæ fœminini generis, cum paucis aliis. Hoc Patach à Grammaticis furtivum dicitur. Patach est etiam furtivum sub eïsdem literis ח & ע penultimis (ה *mappikatum* non potest non esse ultimum) modo

modo ſequatur dages cum ſchevate, ut שִׁלַּחְתִּ (*ſhalaacht*, non *ſhalachat*) a שָׁלַח miſit 3. Longa vocalis, inter legendum, plerunque finit ſyllabam; niſi in fine dictionis, ut דָּבָר (*da-bhar* vel *da-var*, non *dabh-ar*) verbum, res, lingua ſermo, negotium, cauſa, quicquam, ordo, mos: vocabulum eſt uſitatiſſimum; at brevis vocalis plerunque aſſumit conſonantem ſequentem: non ſolum ubi dages forte ſequitur, quod natura dictat, ut דַּבֵּר (*dhab-er*) loqui, loquere; ſed & aliàs, ut מַפְקִיד (*maphkid*) præficiens ad viſitandum.

4. Nulla conſonans mobilis caret vocali, nulla vocalis conſonante. Excipe duas literas ſibilantes ש & ס, quæ cum geminantur in medio dictionis (non dico dageſhantur, ſed bis ſcribuntur) altera deſtituitur & vocali & facultate (*i.* non omnino pronunciatur) ut vitetur occurſus nimis aſper, ut יִשָּׂשכָר (*Jiſſacbar*, non *Jiſſaſchar*) Jſſachar: geminantur itaque non pronunciationis, ſed

ſed derivationis ergo: nam Jiſſachar ſignificat, eſt merces; a יִשׂ vel אֵשׂ vel אִישׁ *i.* Eſt, & שָׂכָר merces; vel ſignificat, Vir mercedis, ab אִישׁ Vir, & שָׂכָר merces per Sin, ut patet ex hiſtoria Mandragorarum, *Gen.* 30. 18. Dixi per Sin, quia שָׂכָר per ſhin, à שָׁכַר inebriari, eſt Græcis σίκερα, Latinis Sicera, *i. potus, inebriatus.* Hic recole duo, εὐφυΐας ſtudium, & linguam aliarum originem.

Nominum Declinationes.

HEbręi non habent variationem caſuum; ſed particularium & præpoſitionum mutilarum adjectione, caſus diſtingunt. ה communis eſt nota omnibus caſibus, notans præcipuè Nominativum, Genitivum, & Vocativum. ל præcipuè notat Dativum, nonnunquam Gen. אֵת Accuſ. מִן Abl.

Declinationes duæ ſunt: Prior eſt maſculinorum, quorum plurale deſinit in ים. (*im*) Terminatio pluralis ין. (*in*)

(*in*) Chaldeorum est, ut דָּבָר verbum, sermo, *&c.* Plur. דְּבָרִים verba, non autem דָּבָרִים, quia *Crescente numero syllabarum sæpe decrescit quantitas punctorum.* ut פּוֹקֵד visitans. Plur. פּוֹקְדִים visitantes: at non semper, ut טוּר ordo. Pl. טוּרִים ordines: sic גֵּר peregrinus. Pl. גֵּרִים peregrini, monosyllaba sunt.

Posterior declinatio est fœminino-rum in ה vel ת desinentium, quorum plurale desinit in וֹת ut בְּהֵמָה pecus: Plur. בְּהֵמוֹת pecudes: & in libro Jobi, 40. 15. Behemoth usurpatur singulariter, pro Elephante (ut volunt) quadrupedum maximo, quia suâ mole pluribus pecudibus par est. Sic צְדָקָה justitia. Plur. צְדָקוֹת justitiæ. Huc spectant substantiva fœminina abstracta à masculinis, ut מַלְכָּה regina, à מֶלֶךְ rex נָכְרִיָּה (*nochrija*) peregrina, à נָכְרִי peregrinus, & cætera consimilia.

Secundo desinunt in ת, ut גָּפְרִית sulphur. Plur. גָּפְרִיוֹת sulphura: מַלְכוּת regnum. Plur. מַלְכֻיוֹת regna. Sic gentilia

tilia & numeralia fœminina formata à masculinis in ִי, ut מִצְרִי Ægyptius. מִצְרִית Ægyptia: יְהוּדִי Judæus יְהוּדִית Judæa. Sic שְׁלִישִׁי tertius שְׁלִישִׁית tertia, רְבִיעִי quartus רְבִיעִית quarta etiam Judaïcè & עִבְרִיִת Hebræa.

Adjectiva masculina sunt prioris, fœminina posterioris declinationis, ut טוֹב bonus: Pl. טוֹבִים boni. Fœm. טוֹבָה bona *vel* bonum. Siquidem apud Hebræos fœmininum etiam neutri generis vicem supplet: Pl. טוֹבוֹת bonæ *vel* bona. Sunt & Adjectiva omnis generis, ut כָּל omnis, ne, vel totus, a, um.

Dualis desinit in ַיִם (*ajim*) ut יָד manus. Dual. יָדַיִם ambæ manus, nam præcipua exempla sunt membrorum geminorum, ut רֶגֶל pes רַגְלַיִם pedes, עַיִן oculus עֵינַיִם oculi; קֶרֶן cornu, קַרְנַיִם cornua; לְחִי maxilla לְחָיַיִם maxillæ; genu בֶּרֶךְ בִּרְכַּיִם genua; אֹזֶן auris אָזְנַיִם aures. Dualis posterioris declinationis etiam in ַיִם desinit, sed ה mutatur in ת, ut שְׂפָה labrum שִׂפְתַיִם labra.

Anoma-

Anomalia declinationis est duplex, levior & gravior: levior in priore declinatione masculinorum, ut קָצֶה finis. Pl. קְצָיִם fines, amisso ה. בֵּן filius בָּנִים filij; קֵן nidus, קִנִּים nidi; יוֹם dies יָמִים & יָמִין dies plur. ם mutata in ן. רֹאשׁ caput רָאשִׁים capita. שׁוֹר bos, שְׁוָרִים boves. Levior anomalia in posteriore declinatione fœmininorum: numeralia carent plurali, ut שְׁלֹשָׁה tria; contra כְּלָיוֹת renes, caret singulari: שְׁתַּיִם duæ duale est, ut masculinum שְׁנַיִם duo, bini. אוֹת pro signo facit אוֹתוֹת, at pro litera אוֹתִיוֹת facit אוֹתוֹת soror אֲחוֹת: sic גַּת torcular גִּתּוֹת torcularia.

Anomalia gravior est triplex: 1. Quædam masculina prioris declinationis habent pluralem terminationem posterioris, ut אָב pater אֲבוֹת patres: sic אוֹב dæmon, pytho, uter, utris. אֵם mater, אֶרֶץ terra, בְּאֵר puteus, &c.

2. Quædam fœminina posterioris declinationis habent pluralem prioris, ut אֵלָה

אֵלָה quercus. Pl. אֵלִים: sic אֵימָה terror, דְּבוֹרָה apis; חִטָּה triticum, מַלָּה sermo, שְׂעוֹרָה hordeum, &c. sic סֵפֶר תְּהִלִּים liber Psalmorum, à תְּהִלָּה laus; ad verbum, ergo, liber laudationum, sub: Dei. 3. Quædam habent utrumque pluralem, ut אַרְיֵה vel אַרְיֵ leo. Plur. אַרְיוֹת & אַרְיִים leones. Sic בְּכוֹר primogenitus: דּוֹר ætas; נָהָר fluvius, &c.

Denique contractio nominum (de qua postea in punctorum mutatione) est quædam quasi anomalia declinationis: spectaturque in singulari, plurali, vel duali. In singulari *v.g.* pro דָּבָר contracte דָּבַר verbum: pro הֶבֶל contracte הֶבֶל vanitas. In secunda declinatione pro נְגִינָה contracte נְגִינַת canticum ה mutato in ת. Nonnunquam ה & י literæ paragogicæ accedunt, ut יְשׁוּעָה salus: hinc יְשׁוּעָתְךָ & יְשׁוּעָתְךָ: sic חַיָּה fera: hinc חַיַּת & חַיְתוֹ. In צַדָּקָה contracte צְדָקַת contractio est major, quia Cametz est etiam penultimum. Contractio

tractio pluralis, sublato ם, fit in י. Jod quiescente post Tzeri longam vocalem, ut טוּרִים contractè טוּרֵי. Itidem & terminatio dualis ַיִם fit in ֵי ut שְׁנַיִם duo; contractè שְׁנֵי: interdum resumit ם ut שְׁנֵים־עָשָׂר duodecim; quod verò dicant Tereghneser, *i.* Δωδεκαπροφητων Liber 12. Prophetarum minorum, hìc Chaldaïcum תְּרֵי duo, supponitur vice τȣ שְׁנֵי Hebraici. In secunda declinatione וֹת plurale vertitur in וּת, ut צְדָקוֹת contractè צְדָקוּת, *&c.* In residuis duabus linguis adjectiva passim substantivantur, ut servantissimus æqui ἀλλα ρυσαι ἡμας ἀπο τȣ πονηρȣ; hic substantiva etiam (si ita loqui liceat) adjectivantur, ut אַשְׁרֵי beatitudines, substantivum est, & formæ contractæ; at *Psal.* 1. 1. interpretatur adjectivè beatus; sed ad verbum sic se habet illa sententia, *O beatitudines viri illius*, &c. Huic non multum est dissimile, *Populum latè regem, i.* regnantem: ideo Rex Latinis vox est ambigua.

Numeri

Numeri reſpectu Hebræorum nomina ſunt ſextuplicia: *I.* Singularia tantum, eaque quadruplicia: 1. Propria, ut יַעֲקֹב 2. Metalla, ut זָהָב aurum: 3. Menſurata, ut חָלָב lac: 4. Multa alia quæ uſu innoteſcunt, ut צֶדֶק juſtitia: בֶּטַח fiducia: שְׂאֵר caro. *II.* Dualia tantùm, eaque pauca, ut מַיִם aquæ, propter ſuperiores & inferiores: contracte מַי, & per reduplicationem מֵימֵי: ſic רֵחַיִם molæ, propter duos molares catillum & metam. צָהֳרַיִם meridies, nam interſtitium eſt & limes temporis antemeridiani & pomeridiani: שָׁמַיִם cœlum, quia compoſitum eſt à שָׁם ibi & מַיִם aquæ: eſt enim hoc mirum ibi eſſe aquas. *III.* Pluralia tantùm, eaque duplicia, 1. Ætatum nomina, ut חַיִּים vita, בְּתוּלִים virginitas: נְעוּרִים pueritia; זְקוּנִים ſenectus. 2. Alia non pauca, ut מָתִים homines: פָּנִים facies. *IV.* Singularia & dualia; ut quæ à natura gemina ſunt, ut יָד יָדַיִם ſic רֶגֶל רַגְלַיִם. *V.* Singularia

&

& pluralia, ut דָּבָר דְּבָרִים & alia plurima quæ raro saltem occurrunt in duali. *VI.* Nonnulla sunt singularia, dualia & pluralia, *viz.* quæ dualem habent ab arte, non à natura, ut אֶלֶף mille, אַלְפַּיִם duo millia, אַלְפִּים millia. Sic כִּכָּר talentum: כִּכְּרַיִם duo talenta כִּכָּרִים talenta. Unicum quod naturâ geminum est omnes habet numeros; *viz.* כָּנָף ala, כְּנָפַיִם ambæ alæ, כַּנְפוֹת alæ, de pluribus duabus.

Genus cognoscitur tribus modis; significatione, terminatione, & usu.

Significatione masculina sunt nomina virorum, virilium officiorum, seu accidentium, populorum & montium. Significatione fœminina sunt nomina mulierum, muliebrium officiorum vel accidentium, ventorum, membrorum geminorum, urbium & regionum; at in his forsan אֶרֶץ terra, vel מְדִינָה provincia ἐλλειπτικῶς subauditur. Significatione communia pauca sunt, ut כֹּל omnis, ne; quæ enim prius diximus esse omnis

generis,

generis, nunc communis esse asserimus, quia (ut dictum) fœmininum etiam neutri generis vicem supplet. Promiscua sunt pleraq; animalium nomina, ut בְּהֵמָה animal *vel* pecus; עוֹף avis, צֹאן pecus *vel* ovis, חֲמוֹר asinus; כֶּבֶשׂ ovis.

Terminatione masculina sunt quibus postrema vocalis est Tzeri, Chirick *m.* vel Shurek. Terminatione fœminina sunt quæ terminantur ת Heemantico, de quo mox; aut ־ָה præcedente Cametz & accentu. Communia sunt duo אוֹת signum, & נְחֹשֶׁת æs. Reliqua omnia usu & verbo (quod vel est masculinum, fœmininum, vel commune) innotescunt; ut postea apertè patebit.

Ubi notandum desinentia in ח, ut רוּחַ ventus, spiritus; in ך, גָּרוֹן guttur; in ץ ut אֶרֶץ terra, aliquando (sed rarissimè) in plurali esse masculini generis; at in singulari à plerisque habentur fœminini generis; a nonnullis masculini; à multis communis generis.

Numeralia valde sunt anomala: nam numeralia

numeralia à tribus ad decem vel sunt masculinæ declinationis vel fœminæ: Si masculinæ, sunt fœminini generis in singulari, & communis in plurali: & in his singularia significant unitates, pluralia decadas. Si sint fœminæ declinationis, sunt masculini generis, & carent plurali, *v. g* שְׁלֹשׁ tres, שְׁלֹשִׁים triginta: sic אַרְבַּע quatuor, אַרְבָּעִים quadraginta; at שְׁלֹשָׁה tria, אַרְבָּעָה quatuor, *m. g.* Sed עֶשֶׂר decem עֶשְׂרִים verò non decem decadas; decies decem, vel centum significat, (illud enim est מֵאָה) sed viginti.

Divisiones Nominum.

FIgura nominis est duplex, simplex & composita: appellativa composita sunt ferè sola duo, *viz.* צַלְמָוֶת umbra mortis, à צֵל umbra, & מָוֶת mors: & בְּלִיָּעַל Belial; cujus vocis origo est triplex: 1. A בְּלִי non, & יָעַל profuit. 2. Posterior pars compositionis est עָלָה ascendit.

aſcendit. 3. Eſt עֹל jugum, Ergo *filius Belial*, (i. *Dæmonis* 2 *Cor.* 6. 15) eſt qui nec ſibi nec aliis prodeſt, indignus qui aſcendat ad honores,& qui divinum & humanum immorigerus excutit jugũ: literæ favent derivationi primæ, nec tamen reliquæ duæ ſunt rejiciendæ.

Compoſitio in propriis multò eſt frequentior, nam *Ab-ram* eſt pater excelſus;at *Abraham*, *p. l.* pater multitudinis excelſus: nam illud ה Epentheticum deſumptum eſt ex הָמוֹן quod multitudinem ſignificat. *Bethel*, *i.* domus Dei fortis;ſed propter idola *Jeroboami Hoſ.* 4. 15. dicitur *Bethaven*, *i.* domus vanitatis aut idoli. *Abimelech*, *i.* pater rex vel regis. *Abiſhalom* vel *Abſhalom*, *i.* pater pacis,vel pax patris nomine;*re*,fons ſeditionis,& filius ſeditioſus,patris dolor. Ubi notandum plurima propria reddi poſſe bifariam, ut *Reuben* viſio filii, *vel* filius viſionis: *Saruhen* princeps gratiæ, vel principis gratia, & ſic de cæteris. Compoſitio etiam locum habet

bet in verbis, ut בָּרָה fodit: inde כְּרֻמִּים suffodit velut thesaurum. Item in partibus indeclinabilibus, ut בַּל non: inde בַּלְעֲדֵי non penes.

Species similiter hic est duplex: primitiva & derivativa. Apud Hebræos voces primitivæ, radices sive fontes sunt pauciores; derivativæ voces, rami sive rivali complures, ut גָּדוֹל *magnus*, à radice גָּדַל *crevit*: nam nomen sæpissimè derivatur à verbo; contrà rarissimè à nomine verbum, ut ab אֹזֶן auris fit אָזַן aurem advertit. Derivatio est etiam inter partes indeclinabiles, ut à בַּל non fit בַּלִּי non vel sine; & per ת Epentheticum בַּלְתִּי idem. Qui enumerant præcipuas radices vix excedunt 1000. hinc *Chiliada Hebraicam* molimur: qui omnes computant radices, vix excedunt 1700

Heemantica.

DErivativorum nominum multæ sunt species, sed notanda præcipuè sunt nomina *Heemantica*, *i.* formata additione

additione literarum quæ ſunt in hac voce הֶאֱמַנְתִּי, i. *credidi*: Memoriale ergo eſt ſignificativum, & inde hæ literæ א, מ, נ, ת, ה, & י Heemanticæ dicuntur, & nomina verbalia vel derivata, harum additione formata, Heemantica vocantur, *v.g.* à radice פלל (quæ ſcribuntur ſine punctis in Lexicis obſoleta ſunt) quod in Conjugatione *Piel* eſt judicavit, in *Hithpael* oravit, fit תְּפִלָּה Heemanticum, *i.* oratio: in hac enim voce ת initiale & ה finale Heemanticæ ſunt literæ. Sic à שָׁמַר cuſtodivit, ſit אַשְׁמוּרָה cuſtodia: ubi א initiale & ה finale literæ ſunt Heemanticæ.

In ſumma nomina verbalia quatuor modis formantur. 1. additione literarum Heemanticarum: 2. detractione literarum: 3. additione & detractione ſimul: 4. Sola punctorum mutatione, ſine ulla conſonantis additione vel detractione.

Primo, additione literarum Heemanticarum fiunt verbalia. De ſingulis ſeorſum,

orsum, eo ordine quo continentur in voce הֶאֱמַנְתִּי ac primo de ה.

ה vel est initiale & præfixum, & tunc est Pronomen demonstrativum, de quo postea suo loco: vel est finale & suffixum; & tunc est triplex: ה Paragogicum (de quo dictum in יְשׁוּעָתָה) ה nota fœminini generis, habetque accentum in ultima, ut patet in posteriore declinatione: & ה Heemanticum derivativi nominis formativum; & tunc derivativum, vel patitur imperfectionem, vel non: si patitur, accentus est in ultima, ut הַצָּלָה defensio à נָצַל evasit: ubi perit נ. Si non patitur imperfectionem, accentus est in penultima, ut in אֲשֻׁמוּרָה custodia: in לַיְלָה nox, ה est Paragogicum potius à לַיִל. Sed si ה sit in principio dictionis cum patach, & si in fine sit aliud ה, tunc ה initiale Heemanticum est, ut הַשְׁלָכָה abjectio: à שלך quod in Hiphil significat abjecit.

א vel præponitur vel postponitur: א

postpo

postpositum non est Heemanticum; sed si dictio sit Hebraica, rarum est, & ponitur pro ה, quia literæ unius organi sunt symbolicæ, atque adeo facilè inter se commutabiles, *v. g.* חֲגָא pavor שְׁנָא somnus. Si dictio sit chaldaica א frequentissimè claudit vocem, ut כֵּיפָא Petrus, מַלְכָא Rex, עַבְדָא servus: א præpositum est Heemanticum, ut à צָבַע pinxit, fit אֶצְבַּע digitus, instrumentum pingendi.

מ Heemanticum præponitur tantùm: & (ut in Rhetorica dicitur de Metaphora) hæc litera Heemantica est longè frequentissima & uberrima: septem habet puncta. 1. (ֹ) ut מָקוֹם locus, à קוּם *surgere.* 2. (ֻ) ut מוּשָׁב *cathedra, sedes,* à יָשַׁב *sedit, habitavit.* 3. (ִ) ut מוּסָר *castigatio,* à יָסַר *castigavit.* 4 (ַ) ut מַאֲכָל *cibus,* ab אָכַל *comedit.* 5 (ֶ) ut מֶרְכָּב *ephippium,* à רָכַב *equitavit.* 6. (ּ) ut מִזְמוֹר *Psalmus,* à זָמַר *putavit,* scindendi verbo, quod in Piel est cecinit. 7 (ְ) ut מְנוּחָה *quies,* à נוּחַ *quievit.*

ם Heemanticum rariſſimè finale eſt, ut שִׁלְשׁוֹם nudiuſtertius, & Synecdochice, antea; ſed videtur potius compoſitum à שְׁלֹשָׁה tres & יוֹם dies, quam ם eſſe Heemanticum.

Ubi valde notandum ſi dages forte ſequatur מ initiale eſſe præpoſitionem מִן *de* vel *à*, ut מִפְקוֹד à viſitando; ſi dages forte non ſequatur eſſe Heemanticum, ut in ſeptem exemplis datis.

נ Heemanticum præponitur, & tunc format propria, ut נִמְרוֹד *Nimrod*, à מָרַד rebellavit: ſic נַפְתָּלִי *Naphthali*, p. l. à verbo פתל quod in *Niphal* eſt luctari.

ן poſtpoſitum appellativa notat, *v. g.* diminitiva, ut שַׁבָּתוֹן ſabbatulum, *Exod.* 31. 15, à שַׁבָּת Sabbatum: ubi Sabbatum ſabbatuli notat non ſolùm Sabbati 24. horas ſanctificandas, ſed & Præparationem quandam quaſi ſabbatulum, quod Judæi non neglexerunt: ſic ab אִישׁ vir, fit אִישׁוֹן quod tria ſignificat: 1. Virunculus vel homuncio eſt. 2. Pupilla, quia pupi & virunculi apparent

parent in oculorum pupillis. 3. Vertitur rectiſſimè nigrum oculi: nam eadem vox nigrum & tenebras noctis ſignificat; ſed ſi pupillam noctis dixeris, Barbariſmum admiſeris.

ת Heemanticum interdum præponitur, & tunc eadem ſeptem habet puncta quæ מ: (ֽ) ut תַּלְמִיד *diſcipulus*, à לָמַד *didicit*: unde etiam eſt *Talmud*, *i.* liber continens totam Judæorum doctrinam. (ֽ) ut תִּדְהָר *tæda cedrus*, à דָּהַר *plauſit terram.* (ֽ) ut תְּהִלָּה &ſic de cæteris. Interdum ת Heemanticum poſtponitur, ut מַלְכוּת *regnum*, à מָלַךְ *regnavit*: גָּפְרִית *ſulphur*, à גֹּפֶר *cedrus*: interdum ת utrinq; ponitur, ut תִּפְאֶרֶת *decus, gloria, ornamentum*, à פָּאַר *ornavit.*

Denique י Heemanticum interdum præponitur, interdum poſtponitur: cum præponitur format frequentiſſimè nomina propria, *v. g.* יַעֲקֹב *Iacobus*, *i.* ſupplantator, à עָקַב ſupplantavit; ſed aliis יַעֲקֹב eſt compoſitum à יָד *manus*, & עָקֵב *calcaneum*: hæc derivatio innititur

Geneſ. 25. 26. Illa *Gen.* 27. 36. Sic יוֹחָנָן *Ioannes, i.* gratioſus, à חָנַן *gratiam fecit*: ſic יִצְחָק *Izaak* à צָחַק *riſit*: Ergo יְהוָה eſt proprium nomen DEI, ab הָיָה fuit; vel potius (propter ו) ab הָוָה ſynonymo: Nam JEHOVAH DEUS eſt, ὁ ὢν, ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, *qui erat, eſt, & erit: qui eſt in ſe, eſt à ſe, & dat omnibus eſſe; etiam ſuis pollicitis*: *Exod.* 6. 3. Qui derivant יְהוָה ab חָיָה *vixit*, quaſi Deum viventem ſignificet: meram & ſupinam ignorantiam produnt; cum non habeat ח ſed ה. Jod præpoſitum rariſſimè format appellativa: tria tamen occurrunt יַלְקוּט *pera, ſaccus*, in quo res neceſſariæ colliguntur, à לָקַט *collegit*: יְנִשׁוּף *ululа, noctua*, à נֶשֶׁף *tenebræ*, & יִצְהָר *oleum*, à צָהַר *ſplendor*, à pellucido ergo colore.

Jod poſtpoſitum format triplicia: Patronymica, Gentilia, & Numeralia ordinalia. Patronymica & Gentilia hic confundimus, ut עִבְרִי *Hebræus*, יְוָנִי *Græcus* רוֹמִי *Romanus* vel *Latinus*: אִיטַלְקִי *Italus*, סְפָרְדִי *Hiſpanus*: אַשְׁכְּנָזִי *Germanus*:

manus: צַרְפָתִי *Gallus*: מְשִׁיחִי *Christianus*: Fœm, עִבְרִית & עִבְרִיָה Hebræa, & sic de cæteris. Numeralia ordinalia: ut, שֵׁנִי secundus: שְׁלִישִׁי tertius: רְבִיעִי quartus, *&c.*

Secundo detractione formantur verbalia à quintuplicibus: 1. Ubi prima radicalis est י: ut à יָצָא exivit fit צֵא sordes, excrementum: nam sordes exeunt per poros & meatus corporis. 2. Ubi prima radicalis est נ: ut à נָשָׂא levare, fit שִׂיא sublimitas. 3. Ubi secunda radicalis est ו: ut à גּוּר peregrinari, fit גֵּר peregrinus: à צוּר obsidere, fit צַר hostis. 4. Ubi tertia radicalis est ה: ut à בָּנָה ædificavit, fit בֵּן filius, paternæ domus quasi ædificator: sic ab אָבָה benevoluit, fit אָב pater, a propensa voluntate in liberos. 5. Ubi secunda & tertia radicalis sunt similes, vel potius eædem & coïncidentes: ut à חִצֵּץ sagittare, fit חֵץ sagitta: sic à עִזֵּז fortificare, fit עֹז fortitudo.

Tertiò additione & detractione simul

itidem formantur quintuplicia, eodem, quo prius, ordine. 1. Si prima litera sit י aſciſcunt ſibi מ Heemanticum vel ת: ut מוֹשָׁב ſedes, cathedra, à יָשַׁב ſedit, habitavit: ſic מוֹרָא timor, à יָרֵא timuit: תּוֹרָה lex, doctrina, à יָרָה jecit, quod in Hiphil ſignificat docuit. תּוֹדָה confeſſio, à יָדָה confiteri. 2. Si prima litera ſit נ aſciſcunt מ: ut מַטָּע plantatio, à נָטַע plantavit: ſic מַתָּן donum, à נָתַן dedit. 3. Si ſecunda litera ſit י aſciſcunt præcipuè מ: ut מָקוֹם locus, à קוּם ſurgere: aſciſcunt etiam ת in initio; etiam ה, ן & ת in fine; quæ uſus docebit. 4. Si tertia litera ſit ה aſciſcunt מ cum Patach aut Chirick: ut מַרְאֶה viſio, viſus, à רָאָה vidit: מַקְנֶה poſſeſſio à קָנָה poſſedit. 5. Denique ſi ſecunda litera geminetur, aſciſcunt מ cum Cametz aut Tzeri, ut מָסָךְ aulæum, tegumentum, à סָכַךְ texit: מַסָּב circuitus à סָבַב circumivit.

Quarto, ſola denique punctorum mutatione fiunt verbalia, quæ pura & perfecta

perfecta dicuntur, quia æquè cito inveniuntur ac ipsa radix: ut, מֶלֶךְ rex, à מָלַךְ regnavit: sic דֶּרֶךְ via à דָּרַךְ tetendit, calcavit.

Pro regulis residuis, siquæ essent, exempla sequentia observanda sunt. עֵדָה si derivetur à יָעַד significante condixit, est cœtus; si verò à עוּד testari, est testimonium: Sic בַּת syncope pro בִּנְת filia est; at בַּרַת pro. בָּבְרַת pupilla est: אֱמֶת veritas, fides, syncope pro אֱמֶנֶת ab אָמַן nutrivit, quod in Hiphil est credidit: Hinc est etiam *Amen* fidentis & credentis vox. פְּרִי fructus à פָּרָה fructuosus fuit: מָוֶת mors, à מוּת mori. Ubi observabis phrasin in Grammaticis & Lexicis Hebræis frequentissimam: est formæ מָוֶת, est formæ אֱמֶת, est formæ פְּרִי, *&c. i.* eodem modo formatur vox, de qua interea loquimur, à sua radice, ut מוּת; vel istiusmodi habet inflexionem, consimilia puncta: & sic de cæteris omnibus.

Comparatio.

APud Græcos & Latinos comparativa & ſuperlativa annumerantur nominibus derivatis; ſed apud Hebræos adjectiva non comparantur variatione graduum, ſed particularum vel vocularum adjectione, aut periphraſi. Comparativus denotatur particula vel præpoſitione מִן *præ*, comparationem innuente: *v. g.* cum dicimus, contempſi iſtum præ me, ut טוֹב מִשֶּׁמֶן bonus præ oleo, ad verbum, oleo melior & præſtantior, ad ſenſum. Superlativum Hebræi quinque modis exprimunt: 1. Per מְאֹד valdè; *v. g.* טוֹב מְאֹד valdè bonus, *i.* optimus. 2. Repetitione poſitivi, ut רַע רַע malus malus, *i.* peſſimus. 3. Tranſitione, ut אִישׁ דָּמִים vir ſanguinum, *i.* ſanguinolentiſſimus. 4. Per הַ demonſtrativum, ut הַטּוֹב ille bonus, *i.* optimus; hic modus rarior eſt. 5. Denique per præpoſitionem עַל, *i.* ſuper, ut עַל כָּל חֲכָם ſapiens ſupra omnes, *i* vir ſapientiſſimus.

Prono-

Pronomen.

PRonomina Hebræis sunt triplicia: Separata, Præfixa & Suffixa, quæ vulgò & technicè Affixa dicuntur. *Separata* sunt sex: אֲנִי *ego*. אַתָּה *tu*. הוּא *ille*, זֶה *hic, is* vel *iste*. אֲשֶׁר *qui*. & מִי *quis*. Ergo nostrum relativum nomen & interrogativum, ab *Hebræis* in album Pronominum inferuntur. אֲנִי sic inflectitur

Singular.
- *Nom.* אֲנִי vel אָנֹכִי Ego. *com. gen.*
- *Genit.* שֶׁלִּי Mei.
- *Dat.* לִי Mihi.
- *Accusat.* אוֹתִי Me.
- *Ablat.* מִמֶּנִּי à Me.

Plural.
- *Nom.* אנו *vel* נַחְנוּ *vel* אֲנַחְנוּ Nos. *com. gen.*
- *Genit.* שֶׁלָּנוּ Nostrum *vel* Nostri.
- *Dat.* לָנוּ Nobis.
- *Accusat.* אוֹתָנוּ Nos.
- *Ablat.* מִמֶּנּוּ à Nobis.

Ubi notandum שֶׁל esse particulam genitivum casum designantem: & אות hic poni pro אֵת notula Accusativi casus: & מִן Ablativi imprimere dages forte,

forte in consonam sequentem, ad compensandum ן abjectum. Secundo notandum secundum & tertium Pronomen, quæ à *Grammaticis* inflecti solent, sequi eandem inflectendi rationem, *viz.* ex eisdem particulis jam dictis, & suis affixis mox dicendis, conflatam.

Secundum Pronomen separatum est אַתָּה tu vir, *m. g.* hujus præcipuum affixum est ךָ. Plur. אַתֶּם vos viri: hujus affixum est כֶם. Pronomen secundæ personæ *f. g.* est אַתְּ tu fœmina: hujus affixum est ךְ. Plur. אַתֶּן vos fœminæ: hujus affixum est כֶן. Ubi notabis masculinum habere ם; fœmininum ן.

Tertium Pronomen separatum est הוּא ille *vel* ipse: hujus affixum est וֹ vel וּ: Plur. הֵם vel הֶם *illi ipsi*, & cum ה Paragogico הֵמָּה: hujus affixum est מוֹ vel הֶם. Pronomen tertiæ personæ *f. g.* est הִיא illa *vel* ipsa: hujus affixum est הּ vel ָהּ. Plur. הֵן vel הֶן, & cum ה Paragogico הֵנָּה illæ *vel* ipsæ: hujus affixum est הֵן vel ן.

Quartum

Quartum Pronomen ſeparatum eſt זֶה hic is *vel* iſte: in *fœm.* זֹה vel זֹאת hæc, ea; *vel* iſta; at זו & זו ſunt *com. g.* hic *&* hæc, iſte *&* iſta. Omnia hæc quinque habent in plurali אֵלֶּה; & per Apocopen אֵל illi, illæ, illa: iſti, iſtæ, iſta.

Quintum Pronomen ſeparatum eſt אֲשֶׁר qui, quæ, quod Relativum, omnis generis & numeri.

Sextum denique Pronomen ſeparatum eſt מִי interrogativum de perſona, quis vel quæ; nam מֶה vel מַה vel מָה eſt interrogativum de re, quid, quæ, quod: aliquando ingreditur compoſitionem: ut מַזֶּה quid hoc? ſub. eſt pro מַה־זֶּה, Ubi notandum defectum literæ ה compenſari per dages forte.

Præfixa Pronomina ſunt duo, שֶׁ pro אֲשֶׁר detractis primâ & ultimâ literis, ut שֶׁדַּבֶּר qui dixit. 2. ה pro הוּא maſculino; vel pro הִיא fœminino: eſtque quadruplex: ה relativum erotematicum, demonſtrativum, & emphaticum, ut הַדָּבָר hęc res, quæ res, illa res.

הַמַּשִׁיחַ

הַמָּשִׁיחַ ὁ χριστὸς, Ille Unctus Domini.

Notandum ה in principio dictionis, ante א cum Patach, vel cum Cateph-patach ante aliam consonantem, vel cum Segol ante א, ה vel ח habens Cametz, esse interrogantis vel admirantis, ut הַאֵלֶךְ *ibone?* sic הֲשֹׁמֵר *nunquid custos sum?* sic הֶחָכָם *nunquid sapiens?*

De Præfixis quatuor sunt notanda. 1 שְׁ nonnunquam pro *Segol* habere *Sheva*, interdum *Patach*, ut שֶׁהוּא *qui ille*, שֶׁקָּמְתְּ *quæ surrexisti*. 2. Dages forte fere semper sequi præfixum. 3. Præfixa coalescere cum alterâ voce in unam dictionem, non secus ac præpositiones Latinæ inseparabiles, *am*, *di*, *dis*, *re*, *se*, *con*. 4. A nonnullis annumerari partibus indeclinabilibus.

Affixa (quæ ratione situs rectius dicerentur *Suffixa*) sunt Pronomina mutila, quæ cum nominibus & verbis, in unam coalescunt dictionem, non aliter quam apud Latinos tres particulæ Encliticæ *que*, *ve*, *ne*. *Affixa* nominibus adjuncta

adjuncta respondent nostris possessivis, *meus*, *tuus*, *suus*, *noster*, *vester*, & *illius*: Affixa verbis adjuncta respondent præcipuè nostris demonstrativis.

Affixa primæ personæ, sing. num. significant *meus*: suntque hæc ִי, ַי, ֵי, ִנִי, ֶנִּי, ex אֲנִי *ego*. Pluralia significant *noster*, suntq; hæc ָנוּ, ֵנוּ, & ֶנּוּ, ex אָנוּ *nos*.

Affixa secundæ personæ mas. gen. sin. num. significant *tuus viri*: suntque hæc, ךָ & כָה ex אַתָּה *tu vir*. Plur. כֶם *vester viri*, ex אַתֶּם *vos viri*.

Affixa secundæ personæ f. g. s. n. significant *tuus fœminæ*: suntque hęc ֵךְ & כִי ex אַתְּ vel אַתִּי *tu fœmina*. Plur. יֵךְ & כֶן *vester fœminæ*, ex אַתֶּן *vos fœminæ*.

Affixa tertiæ personæ mas. gen. sing. num. significant *suus* vel *illius viri*: suntque hæc וֹ, וֹ, הוּ, & ֶנּוּ ex הוּא *ille*. Plur. significat eorum: suntque hæc, מוֹ, הֶם, ָם & ֵם, ex הֵם *illi*.

Affixa tertiæ personæ f. g. s. n. significant *suus* vel *illius fœminæ*: suntque hæc, ָהּ, ָהּ & ֶנָּה ex הִיא. Plur. significant

cant earum; ſuntque hæc, הֵן & ן ex הֵן *illæ*. Ubi primo nimis notandum affixa pluralia aſſumere *jod* ante terminationem affixam, *v. g.* דָּבָר *verbum* דְּבָרִי *verbum meum*, דְּבָרַי *verba mea*, דְּבָרֵנוּ *verbum noſtrum*; at דְּבָרֵינוּ cum jod, *verba noſtra*: Sic דְּבָרְךָ *verbum tuum*; ſed דְּבָרֶיךָ *verba tua*: & ſic de cæteris.

Jod interſeritur in ſing. num. ferè in ſolis duabus vocibus אָב Pater, & אָח frater: *v. g.* אֲבִיו pater ejus אֲחִיו frater ejus. Sic in proprio nomine *Abimelech*, *i.* pater rex *vel* regis. *Ahimelech* per ח, *i.* frater rex *vel* regis: adde etiam *Melchizedek*, *i.* rex juſtitiæ, *Heb.* 7. 2. nam alioqui vox ſonat, rex meus juſtitiæ.

Secundo notandum ה finale cum affixo mutari in ת præcedente cametz, ut בְּתוֹרָתוֹ, *i.* in lege illius, *Pſal.* 1. 2.

Conjugationes Verborum.

APud Hebræos thematis radix eſt tertia perſona præteriti perfecti: quia ſimpliciſſima eſt, & conſtat ſolis literis

literis radicalibus; quæ plerunque tres sunt: sub prima quarum, in prima conjugatione, est semper Cametz *m*; sub secunda, ut plurimum, Patach: ut פָּעַל operatus est. Pro Patach aliquando est Tzeri, ut חָפֵץ de lectatus est; aliquando Cholem, ut יָכֹל potuit. Verba quæ tres habent literas radicales, à Grammaticis dicuntur Verba Perfecta, & notantur hac figura (O) Quæ habent quatuor literas, dicuntur vulgò Verba Quadrata; dicenda potius τετραγραμματα: hæc pauca sunt, ut תִּרְגֵּם expositi: unde est *Targum*, *i.* Bibliorum expositio, vel translatio Chaldaica: sic בִּלְבֵּל sustentavit: כִּרְבֵּל paludamentum induit. Paucissimæ radices duas aut quinq; habent literas, & fere nomina sunt, verba rariora, ut חֲמַרְמַר conturbatus est: תַּרְשִׁישׁ beryllus: שֵׂה ovis: שֵׁשׁ sex.

Apud Hebræos unum est præteritum pro omnibus 12. Latinorum præteritis, *v. g.* פָּקַד significat visitabat visitaret 4. imperfecta, visitavit visitaverit 4. perfecta,

fecta, visitaverat visitavisset 4. plusquã-perfecta; distinguenda sensu propositi & argumenti impræsentiarum tractati.

Apud Hebræos sunt verba masculina fœminina & cõmunia (quod linguæ huic peculiare est) & inter conjugandum procedunt à tertia persona absentis, ad secundam præsentis, & hinc ad primam loquentis; sic visitavit, visitavisti, visitavi.

In temporibus etiam naturæ ductum sequuntur: præcedit enim præteritum, succedit præsens, denique subjungitur futurum, ut in his sententiis, *Christus heri, hodie, & idem in æternum*: ὁ ἦν, ὁ ὢν, καὶ ὁ ἐρχόμενος.

Verbum præsentis temporis non habent, sed Participium Benoni (ut vocant) *i.* præsentis temporis, etiam verbi vicem supplet, addito Pronomine.

Modos tres habent: Indicativum, Infinitivum, Imperativum: nam Imperativus modus (qui & futurum primum dicitur) & futurum Indicativi (quod & futurum secundum dicitur) supplent

ſupplent vicem Optativi, Subjunctivi, & Potentialis, prout præſentis ſententia argumenti diſtinguet.

Conjugationes Activæ habent participium geminum, Paſſivæ unicum.

Quemadmodum apud Latinos *Amo*, apud Græcos Τυπτω, ſic apud priſcos Hebræos Grammaticos פָּעַל erat thema præcipuum. Hinc factum eſt ut apud omnes Grammaticos, prima litera radicalis cujuſvis verbi dicatur פ, ſecunda ע, tertia ל: ut poſtea patebit. Hinc etiam, *i.* à verbo פָּעַל ſeptem conjugationes Hebræorum per Metonymiam Synecdochicam habent ſuas denominationes, apud omnes, receptas: *viz.* *Paal* (vulgò *Kal. i.* forma levis vel ſimplex) & *Niphal*, *Piel*, & *Pual*, *Hiphil* & *Hophal*, & denique *Hithpael*: quæ omnes nomen habent à ſeptem conjugationibus verbi פָּעַל; imo unaquæque eſt prima vox conjugationis, ut progreſſu patebit.

Ubi notandum unum & idem verbum

bum conjugari per omnes has ſeptem conjugationes, & ſeptem diverſa habere ſignificata, quod huic linguæ itidem peculiare eſt.

Hæ ſeptem conjugationes enumeratæ ad quatuor reducuntur: In prima, ſecunda & tertia, eſt vox activa & paſſiva; quas ob hoc conjunctione copulavimus: unde oriuntur ſex priores conjugationes *Kal.* & *Niphal*, *Piel* & *Pual*, *Hiphil* & *Hophal*. In quarta conjugatione, *viz. Hithpael*, vox eſt unica, cuius ſignificatio, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, eſt reciproca.

Conjugatio פָּעַל Paal, *vulgò* Kal.

RECentiores, & Grammatici Moderni pro themate פָּעַל uſurpant פָּקַד viſitavit. In prima Conjugatione vox Activa (ut dictum) dicitur *Paal* vel *Kal.* Significatio hujus conjugationis eſt pletunque neutralis, & ſiquando Activa ſit à Grammaticis perfunctoria dicitur, *viz.* reſpectu conjugationis ſecundæ, quæ ſignificationi hujus conjugationis

gationis addit (*diligenter* vel *continuò*) & tertiæ, quæ geminatam actionem notat, & quartæ, quæ reciprocam. Sit ergo *Thema* פָּקַד *visitavit ille*: Quod sic inflectitur.

Indicativus. Præt. Perf.

Persona	Sing.	Genus.
3	פָּקַד visitavit ille.	*masc. gen.*
3	פָּקְדָה visitavit illa.	*fœm. gen.*
2	פָּקַדְתָּ avisti Tu.	*masc. gen.*
2	פָּקַדְתְּ avisti tu.	*fœm. gen.*
1	פָּקַדְתִּי tavi Ego.	*Com. gen.*

Persona.	Plural.	Genus.
3	פָּקְדוּ visitarunt.	*Com. gen.*
2	פְּקַדְתֶּם taviſtis vos.	*masc. gen.*
2	פְּקַדְתֶּן taviſtis vos.	*fœm. gen.*
1	פָּקַדְנוּ tavimus nos.	*com. gen.*

Ubi notandum thema פָּקַד ſimpliciſſimum eſſe, & conſtare literis radicalibus: fœm. tertiæ perſonæ aſſumere ה ex הִוא illa. Secundam perſonam *m. g.* formari ex אַתָּה tu vir, & ſecundam *f. g.* ex אַתְּ tu fœmina: & in ſecunda plurali (ut ex terminationibus, quæ Hebræi

bræi, ה Grammatici augmenta vocant, patet) ex אַתֶּם vos viri, & אַתֶּן vos fœminæ. Personam primam assumere augmentum sing? תִי ex אֲנִי ego: nam נ & ת sunt literæ unius organi, puta *Datlenath*, atque adeo facilè inter se commutabiles: assumere terminationem pluralem. נו ex אֲנַו nos. Denique tertiam pluralis formari à tertia persona *sing. num. fœm. gen.* mutata terminatione fœminina ה in ו *com. gen.* sic פָּקְדָה fit פָּקְדוּ.

De fœminino tertiæ personæ *sing. n.* valde notabis, mediam radicalem habere Sheva si sit non gutturalis; si sit gutturalis (ut in פָּעַל) habere (.) loco Sheva. Cæterum breves vocales vertuntur in Cametz *mag.* & Tzeri, accedente accentu regio Soph Pasuk, Athnak vel Zakef, ut פָּקְדָה, שָׁמְחָה. Denique ה fœmininum tertiæ personæ non rarò mutatur in ת fœmininum: quale quid in affixis vidimus.

Præterita reliquarum sex conjugationum

num ab hac inflectendi ratione parum aut nihil discrepant: quare ediscendæ sunt ad amussim octo terminationes, quatuor sing. ה, תָּ, תְּ, תִּי; totidem plur. וּ, תֶּם, תֶּן, נוּ, quæ unà cum notis characteristicis & conjugationum significationibus sufficient.

Præteritum dicitur עָבָר quia jam transiit. Sequitur Participium præsentis temporis (quod Benoni vocant à בֵּין inter, quia præsens est intermedium inter præteritum & futurum) quod vicem etiam Verbi præsentis temporis addito Pronomine, supplet.

Hebræi in omni activa conjugatione duo habent Participia: præsens, quod Benoni vocant, & preteritum, quod à conjugatione verbi פָּעַל *Paül* dicitur. Participium Benoni in conjugatione Kal. est פֹּקֵד visitans; hinc verbum אֲנִי פֹּקֵד ego visito. Participium præteritum (quod & Passivum est) dictum Paül est פָּקוּד visitatus.

De participiis quinque notabis. 1.

Benoni

Benoni sæpè poni pro nomine verbali, ut רֹעֶה pascens & pastor. בּוֹרֵא creans & Creator. 2. Benoni in *m. g.* octo habere formas, *i.* פֹּקֵד visitans. 2. פָּלֵט effugiens. 3. תּוֹמֵךְ sustentans. 4. בֹּעֵרָה ardens: cum ה paragogico. 5. אֹסְרִי ligans: cum י paragogico. 6. זוֹרֵעַ feminans: sic פּוֹתֵחַ aperiens: cum patach sub ultima, ubi est gutturalis ח vel ע. 7. שֹׁטֵעַ diffindens, sic נֹטֵעַ plantans, & רֹקֵעַ expandens: cum patach sub secunda radicali, ubi tertia est gutturalis ח vel ע: quam formam sequitur אֹבֵר periens, quanquam tertia non sit gutturalis. 8. חָפֵץ est & verbum, & participium Benoni, voluit & volens.

3. Notandum in conjugatione Activa esse participium Passivum (quod huic linguæ peculiare est, si tollas *Ille vehens curru volutri* & similia) & tamen hoc Participium passivum *Paül* conjugationis Kal, distinguitur à Participio quod habetur in passiva conjugatione *Niphal*, licet utrumque significet

ficet (visitatus) discrimen sic se habet.

Participium *Paül* conjugationis Kal פָּקוּד significat visitatus, ita ut adhuc visitetur, & dicitur à Grammaticis participium *passionis durantis*: qualia sunt apud Latinos dilectus, afflictus: amicus enim ita est dilectus, ut adhuc diligatur. Aſt in conjugatione passiva *Niphal* נִפְקָד significat quidem visitatus, sed ita ut cesset amplius visitari; & dicitur participium *passionis cessantis*: qualia sunt apud Latinos creatus, lectus: homo enim ita est creatus, ut jam cesset amplius creari. Passio durans est in activa conjugatione, quia ubi continuatur passio, continuatur & actio.

4. Notandum participia hic, ut in aliis linguis, declinari ut nomina, ut פָּקוּד in fœmin. פְּקוּדָה. Plur. *masc. gen.* פְּקוּדִים. Plur. *fœm. gen.* פְּקוּדוֹת: Hinc verbum אֲנַחְנוּ פְּקוּדִים nos visitamus. Sic in Participio *Paül* מְפֻקָּד: in *fœmin.* מְפֻקָּדָה. Plur. *masc. gen.* מְפֻקָּדִים. Plur. *fœm. gen.* מְפֻקָּדוֹת *visitata* & *ta*.

5. Notandum Benoni habere duo fœminina, *viz.* פֹּקֶדֶת & פֹּקֶדֶת: Sed pro Sheva prioris formæ media gutturalis habet (ֶ) ut בֹּעֲרָה ardens *f. g.* aliquando habet Tzeri (ֵ) ut בֹּגֵדָה prævaricans *f. g.* sic נֹטֵדָה custodiens, *fœm. gen.* Invenitur & cum י redundante paragogico, ut אֹהֲבָתִי diligens *fœm. g.* Hinc ergo quatuor formæ hujus fœminini emergunt. Posterius fœmininum est פֹּקֶדֶת per geminum (ֶ) sed si tertia radicis sit ע vel ח, mutatur in geminum (ָ) ut בֹּרַחַת fugiens, *fœm. gen.* Quare sicubi aliquid recedat ab analogia ad mutationem punctorum refertur. Ergo tyroni interim hoc satis erit, si intelligat vocis radicem, significationem, & puncta esse mutata, nec analogiam servari: & hoc semel monuisse sufficiat, *v. g.* in Participio *Paül* מָשִׁיחַ unctus pro מָשׁוּחַ: & sic de cæteris.

Infinitivus sequitur quarto loco, dicitur מָקוֹר, *i. fons*: quod ab eo modus significandi, apud omnes linguas, propriè

fluat

fluat & promanet. Infin. פְּקוֹד visitare; cujusvis numeri, generis & personæ: Unde sunt quatuor quasi-gerundia, præfixis literis בִּבְלֶם, *i.* ב, ב, ל & מ, sic בִּפְקוֹד *in visitando.*

כִּפְקוֹד *inter visitandum*, cum *tarem*, vel לִפְקוֹד *ad visitandum.* (*tassem.*

מִפְּקוֹד *à visitando.*

Hæc ad Syntaxin à nonnullis referuntur: nam ב est præpositio inseparabilis, & significat (*in*) כ etiam est inseparabile, pro separabili כֵּן significante *sicut*, inter vel cum: ל est præpositio inseparabilis, & significat (*ad*) & denique מ est pro מִין præpositione *à* vel *de*: ideoque in ultimo quasi-gerundio (non item in reliquis tribus) dages forte imprimitur in prima radicali, ad compensandum ן abjectum: sic מִפְּקוֹד est pro מִנְפְּקוֹד à visitando.

Futurum sequitur quinto loco, quod Hebræis עָתִיד, *i.* paratum dicitur quod res futura nondum fiat, aut facta sit; sed (qui est optimus futuri status) mox pa-

rata sit ut fiat; atque Græcorum μετ' ὀλιγον μελλοντι, si ἐτυμον spectes, respondeat.

Futura Hebræis duo sunt: prius dicitur *Futurum imperans* vel *modus imperativus*, Hebræis צִוּוּי (*tzivvui*) à צִוָּה (*tzivva*) præcepit, mandavit, imperavit. Posterius dicitur *futurum narrans*, *futurum simpliciter* vel *in specie*; Latinis etiam *futurum indicativi* vel *promissivum* dicitur.

Imperativus seu futurum prius.

Persona.	Sing.	Genus.
2 פְּקוֹד	Visita tu Vir.	*mas. gen.*
2 פִּקְדִי	Visita tu fœm.	*fœm. gen.*
Persona.	Plur.	Genus.
2 פִּקְדוּ	Visitate vos.	*mas. gen.*
2 פְּקוֹדְנָה	Visitate vos.	*fœm. gen.*

Hîc vox quarta sæpe patitur apocopen literæ ה; sic פְּקוֹדְנָ; sic à שָׁמַע audivit, fit שְׁמַעַן audite vos, *f. gen.* pro שְׁמָעְנָה.

Imperativus (ut videre est) coincidit cum Infinitivo: sed interdum desinit in *Patach*; idque tribus vicibus: 1. cum verbum est merè neutrum, ut שְׁכַב jace. 2. Cum secunda thematis est gutturalis,

turalis, ut גְּאַל *redime*. 3. Cum tertia est ח vel ע, ut פְּתַח *aperi*. Propter ה *Paragogicum* prima radicalis Imperativi, pro *sheva* habet *cametz majus*, *cametz minus*, *cholem*, *chirick* & *segol*: Lector observet.

Futurum promissivum seu posterius.

Futurum secundum (quod futurum simpliciter dicitur) formatur ab Imperativo, seu Futuro primo (quod voce plerunque coincidit cum Infinitivo) præfixis literis אֶיתֵן, *i.* א, י, ת, & נ. Inflectitur verò sic,

Persona.	Singul.	Genus.
1.	אֶפְקֹד Visitabo Ego.	*Com. gen.*
2.	תִּפְקֹד Visitabis Tu	*masc. gen.*
2.	תִּפְקְדִי Visitabis Tu.	*fœm gen.*
3.	יִפְקֹד Visitabit Ille.	*masc. gen.*
3.	תִּפְקֹד Visitabit Illa.	*fem. gen.*
Persona.	Singul.	Genus.
1.	נִפְקֹד Visitabimus Nos.	*Com. gen.*
2.	תִּפְקְדוּ Visitabitis Vos.	*masc. gen.*
2.	תִּפְקֹדְנָה Visitabitis vos.	*fœm. gen.*
3.	יִפְקְדוּ Visitabunt Illi.	*masc. gen.*
3.	תִּפְקֹדְנָה Visitabunt Illæ.	*fœm. gen.*

Ubi notandum Grammaticos Hebræos, in conjugando futuro secundo, usurpare plerunq; ordinem à *Latinis* & *Græcis* servatum; incipientes, *viz.* à prima persona, & progredientes, ad tertiam, per secundam: sic visitabo, bis, bit, *&c.*

Secundo notandum è literis *Ethah.* א quod est ex אֲנִי notare primam personam sing. num. visitabo: ו, quod est pro ו ex הוּא, notare tertiam personam *mas. gen.* utriusque numeri: visitabit ille & visitabunt illi. ת, quod est ex אַתָּה & אַתְּ, notare secundam personam utriusque generis & numeri, item tertiam *fem. gen.* utriusque numeri; in summa sex. Denique נ, quod est ex אָנוּ, notare primam personam plur. num. com. gen. visitabimus. Terminatio illa pluralis fœminina (*Odenah*) in utroque futuro, conflatur ex אַתֶּן & הֵנָּה vos *fœm. gen.* & illæ. Tertia persona *f. g.* & secunda *m. g.* semper, sine omni exceptione, coincidunt.

Ergo sunt tantum quatuor voces in

Kal:

Kal. 1. פָּקַד Thema. 2. פקד Benoni. 3. פָּקוּד *Paül.* 4. פְּקוֹד Infinitivus, unde utrumque futurum.

Conjugatio Passiva נִפְעַל *Niphal.*

COnjugatio Passiva primæ conjugationis dicitur *Niphal*, ut נִפְקַד visitatus est, & inter visendum desideratus μεταλεπτικῶς, *Num.* 31. 49. Inflectitur autem sic, נִפְקַד נִפְקְדָה נִפְקַדְתָּ, *&c.* juxta terminationes personarum præteriti activi.

Characteristicon hujus conjugationis est נ, cui supponitur *chirick par.* sic נִפְקַד.

Significatio hujus conjugationis est quadruplex. 1. Et ut plurimum, passiva. 2. Ubi desideratur *Kal* est actio simplex, ut נִשְׁבַּע juravit: Hinc ergo non injuria observatur, contra horum temporum atheos, neminem nisi judicio coactum jurare debere; quia scilicet (*juravit*) est apud Hebræos verbum passivum. 3. Significatio est reciproca, ut נִשְׁמַר servavit seipsum, vel cavit sibi

4. Frequentativa, ut מְלַמֵּד dictitavit. Participium (ut in passivis fit) unicum est. נִפְקָד (per *camets. m.* cum verbum sit per Patach) visitatus: in *fæm. gen.* נִפְקָדָה visitata *vel* tum. Plur. נִפְקָדִים visitati: in *f. g.* נִפְקָדוֹת visitatæ *vel* ta.

In Infinitivo הִפָּקֵד est ה pro נ; ideoque נ abjectum compensatur per dages forte in prima radicali. Ub notandum *Characteristicon temporis excludere characteristicon conjugationis.*

Cæterum hic anomalia triplex est observanda: 1. Aliquando servatur נ. 2. א Litera symbolica ejusdem organi nonnunquam ponitur pro ה. 3. Cholem interdum ponitur pro Tzeri finali. Literæ *Bachlam* præfixæ formant quasi-gerundia quatuor, sic

בְּהִפָּקֵד in visitando. *Passivè.*
כְּהִפָּקֵד cum visitarer, &c.
לְהִפָּקֵד ad visitandum. *Passivè.*
מֵהִפָּקֵד à visitando. *Passivè.*

Imperativus voce coincidit cum Infinitivo, & Futurum posterius formatur

à priore

à priore præfixis literis *Ethan*, sic אֶפָּקֵד, תִּפָּקֵד, &c. At in fœminino plurali utriusq; futuri habetur תִּפָּקַדְנָה per *Tzeri*; non per *Cholem*, ut in *Kal*. Utrumque futurum per omnia habet dages forte in prima radicali, quia cadit ab infinitivo.

Voces ergo in *Niphal* sunt solæ duæ: 1. נִפָּקֵד. 2. הִפָּקֵד, unde reliqua.

Conjugatio secunda Activa. פָּעֵל *Piel.*

IN secunda Conjugatione vox Activa dicitur *Piel*, Passiva *Pual* Conjugationis *Piel* notæ characteristicæ sunt dages forte in secunda radicali: Chirick par. & Tzeri sunt duo puncta: inflectitur autem sic juxta octo terminationes prædictas. פָּקֹד פָּקְדָה פָּקַד, &c. continuò vel diligenter visitavit. Si dages excidat (*v. g.* in istis quinque literis quæ excipiuntur) compensatur per longam vocalem, vel tzeri, ut בָּרֵךְ benedixit: vel cholem, ut שָׁפַט judicavit; licet hic secunda radicalis

ם sit satis capax dages fortis. Cæterum כִּבֵּד paludamentum induit, non est conjugationis *Piel*, sed τετραγραμμου. Cum ergo media radicalis in פָּעַל non sit capax dages fortis, quæ præcipua est nota characteristica hujus conjugationis, non malè recentiores substituerunt פִּקֵּד vice פָּעַל.

Significatio conjugationis *Piel* est plerumque intensiva, & fere semper activa; nam quæ in *Kal* sunt merè neutra in *Piel* sunt activa, ut אִבֵּד perrit אָבַד perdidit: Quæ in *Kal* sunt activa, in *Piel* sunt Epitatica, i. intensiva: ut שִׁמֵּר custodivit שָׁמַר accuratè, diligenter, quam diligentissimè custodivit: Significatio nonnunquam est correlata: ut לִמֵּד didicit לָמַד docuit: Significatio hujus conjugationis rarissimè est intransitiva: ut הִלֵּךְ itavit, frequentativam.

Participium hujus conjugationis (ut in activis fit) geminum est, & utriusq; characteristicon est מ. Nam è literis

הֶאֱמַנְתִּי illud ה est characteristicon duarum conjugationum *Hiphil* & *Hophal*; ut mox audiemus. Literæ אֵיתָן formant futurum: superest unicum מ participiorum characteristicon. Benoni מְפַקֵּד diligenter visitans, *Paül* מְפֻקָּד diligenter visitatus. Benoni habet Patach & Tzeri, Pual habet Kibbutz & Cametz.

Infinitivus פְּקֹד diligenter visitare: unde gerundia præfixis literis *Backlam*: sic מִפְקֹד, לִפְקֹד, בִּפְקֹד, בְּפַקֵּד. Imperativus coincidit cum infinitivo; & hinc fit futurum præfixis literis *Ethan*: sic אֶפְקֹד תִּפְקֹד, *&c.*

Cæterum hic etiam fœminina pluralia habent terminationem (*Edenah*) per Tzeri; (*Odenah*) per Cholem.

Ergo in *Piel* primariæ voces sunt tres: פִּקֵּד præt. מְפֻקָּד *Paül*, quod nonnulli formant à פֻּקָּד participio conjugationis *Pual*: & פַּקֵּד Infin. unde formant participium *Benoni*.

Conjugatio

Conjugatio secunda Passiva פֻּעַל Pual.

COnjugationis *Pual* notæ characteristicæ sunt itidem dages forte in secunda vel media radicali; sed puncta habet Kibbutz & Patach: sic פֻּקַּד diligenter visitatus fuit: ita ut potius dicendum sit *Pyal* quam *Pual*, propter (ֻ) Participium est (ut in passivis fit) unicum, פֻּקָּד per Cametz *mag.*

Infinitivus פְּקוֹד: caret gerundiis & imperativo. Futurum formatur à præterito præfixis literis Ethan: sic אֲפֻקַּד תְּפֻקַּד, *&c.* Ubi excidit dages compensatur & hic per longam vocalem.

In tetragrammis & pentagrammis hæc conjugatio indicatur per vocalem breyem & Sheva: ut אֻמְלַל infirmatus est חֻמְרְמַר conturbatus est.

Pro Kibbutz nonnunquam est Cholem, vel Cametzchataph: ut טוֹרַף direptus est כָּרַת exsectus est; Ubi nota (quod rarissimum est) dages forte in ר. Ergo in *Pyal* primariæ voces sunt solæ duæ פֻּקַּד & פְּקוֹד.

Forma

Forma פּוֹעֵל Poel.

VErba Quadrata sunt quasi appendix secundæ conjugationis; nam quarta litera supplet locum ּ Dages: in his forma Poel præcipuum locum habet, diciturque פִּרְבַּע בִּנְיָן ad verbum ædificatio (*i.* conjugatio) quadrata: idque propter quatuor literas licet ו quiescens in cholem puncti potius quam literæ munus obeat: *v. g.* פּוֹקֵד, פּוֹקְדָה, פּוֹקְדוּ, *&c.* Ejus significatio est modo activa, modo passiva: ideoq; verba activo-passiva dicuntur; respondentque Latinorum verbis communibus, & Græcorum mediis. פּוֹקֵד conjugatur per omnia ut פָּקַד si discrimen primæ syllabæ excipies.

Notandum verba perfecta vel analoga raro in forma *Poel* reperiri; sed Quiescentia ו *vau* vel *jod*: ut בּוֹן intellegere כּוֹן parare; item geminantia ע (de quibus omnibus postea inter Anomala) ut גּוֹל volvit, hanc formam frequentissimam

quentissimam habent: sic כּוֹנֵן & כּוֹנֵן sic גּוֹלֵל & sic de cæteris.

Cum verba formæ *Poel* sumuntur in sensu passivo, non rarò terminantur in Patach vel Camets.

Conjugatio tertia Activa. הִפְעִיל *Hiphil.*

IN tertia conjugatione vox activa dicitur Hiphil, passiva Hophal. Characteristicon activæ conjugationis est ה præfixum; & puncta sunt Chirick *par.* & Chirick *mag.* In præterito inflectitur sic הִפְקִיד הִפְקִידוּ הִפְקִידָה, &c. Præfecit ad visitandum, vel fecit alium visitare: significatio ergo est actio geminata, notat que auctorem, suasorem vel impulsorem; & significationi conjugationis *Kal* hæc conjugatio addit *per alium* vel *aliud*: est ergo הִפְקִיד *visitavit* per alium. Quæ in *Kal* sunt meræ neutra, in *Hiphil* semper sunt activa: ut הִשְׁכִּיב jacuit collocavit, prostravit, jacere fecit, aut aliquid hujusmodi;

jusmodi: & quæ in *Kal* simplicem denotant actionem: hic duplicem vel geminam indicant, *ver. gra.* timere & tererre: ut שָׁמַע audivit; הִשְׁמִיעַ audire fecit, vel auditum surdo dedit vel restituit. Siqua sint quæ hic simplicem actionem notant, pauca sunt & in *Kal* fere inusitata, ut הִשְׁלִיךְ projecit, שלך. Gutturalis in Hiphil habent alia puncta quam Chirick, par. & mag. ut הֶאֱמִין credidit ab אָמַן nutrivit הֶעֱלִים abscondit ab עָלַם quod in Niphal significat latitavit. Denique Chirick mag. sæpe defective imprimitur, *i.* sine Jod quiescente, sic הִפְקִד.

Ut in *Piel*, sic & hic, utriusque participii characteristicon est מ Benoni מַפְקִיד visitare faciens: *Paül* מְפֻקָּד constitutus ad visitandum, Infin. הַפְקִיד: unde quasi-gerundia præfixis literis *Bathlam*: Imper. coincidit cum Infinitivo; & Futurum sequitur præfixis literis Ethan: sic אַפְקִיד תַּפְקִיד, *&c.* Ergo voces primariæ conjugationis *Hiphil* sunt

quentissimam habent: sic כּוֹנֵן & כּוֹנֵן sic גּוֹלֵל & sic de cæteris.

Cum verba formæ *Poel* sumuntur in sensu passivo, non rarò terminantur in Patach vel Camets.

Conjugatio tertia Activa. הִפְעִיל *Hiphil.*

IN tertia conjugatione vox activa dicitur Hiphil, passiva Hophal. Characteristicon activæ conjugationis est ה præfixum, & puncta sunt Chirick *par.* & Chirick *mag.* In præterito inflectitur sic הִפְקִיד הִפְקִידָה, *&c.* Præfecit ad visitandum, vel fecit alium visitare: significatio ergo est actio geminata, notat que auctorem, suasorem vel impulsorem; & significationi conjugationis *Kal* hæc conjugatio addit *per alium* vel *aliud*: est ergo הִפְקִיד *visitavit* per alium. Quæ in *Kal* sunt meræ neutra, in *Hiphil* semper sunt activa: ut שָׁכַב jacuit הִשְׁכִּיב collocavit, prostravit, jacere fecit, aut aliquid hujusmodi:

jusmodi: & quæ in *Kal* simplicem denotant actionem: hic duplicem vel geminam indicant, *ver. gra.* timere & tererre: ut שָׁמַע audivit; הִשְׁמִיעַ audire fecit, vel auditum surdo dedit vel restituit. Siqua sunt quæ hic simplicem actionem notant, pauca sunt & in *Kal* fere inusitata; ut הִשְׁלִיךְ projecit, שָׁלַךְ. Gutturalis in Hiphil habent alia puncta quam Chirick, par. & mag. ut הֶאֱמִין credidit ab אָמַן nutrivit הֶעֱלִים abscondit ab עָלַם quod in Niphal significat latitavit. Denique Chirick mag. sæpe defective imprimitur, *i.* sine Jod quiescente, sic הִפְקִד.

Ut in *Piel*, sic & hic, utriusque participii characteristicon est מ Benoni מַפְקִיד visitare faciens: *Paül* מְפֻקָּד constitutus ad visitandum, Infin. הַפְקִיד: unde quasi-gerundia præfixis literis *Bathlam*: Imper. coincidit cum Infinitivo; & Futurum sequitur præfixis literis Ethan: sic אַפְקִיד תַּפְקִיד, *&c.* Ergo voces primariæ conjugationis *Hiphil* sunt

sun tres: הִפְקִיד Præt. הַפְקִיד Infin. & מַפְקִיד *Paul*: ab his pendent reliqua.

Conjugatio tertia passiva. הָפְעַל *Hophal.*

IN tertia conjugatione vox Passiva dicitur *Hophal*; habetque passivam significationem conjugationi *Hiphil* respondentem; passionem enim certam sanè significat; sed sæpe ab incognito agente inflictam, *v. g.* cum dicimus defraudatus fuit, sed à quo, incertum. Characteristicon hujus conjugationis itidem est ה; sed puncta habet Cametzchatuph & Patach: sic הָפְקַד constitutus est ad visitandum. Participium (ut in passivis fit) unicum est הָפְקָד per *Cametz* loco *Patach*. Infin. הָפְקֵד caret gerundiis & Imper. ab infinitivo est futurum præfixis literis Ethan: Sic אֶפְקַד יִפְקַד *&c.* ut in conjugatione *Pyal*. Nam & hic etiam voces primariæ sunt solæ duæ הָפְקֵד & הָפְקַד nonnunquã in infinitivo; alioqui vox est unica.

Conjuga-

Conjugationes passivæ carent imperativo, quia in his nomen agentis non exprimitur: ideo & *Niphal* rarò habet imperativum, nisi cum significatio est reciproca, *v. g.* הִשָּׁמֵר cave tibi.

Conjugatio quarta הִתְפַּעֵל *Hithpael.*

QUarta Conjugatio est unica, & dicitur *Hithpael*: unicam dixi, quia nulla est Passiva ei respondens, cum ipsa sola sit simul Activa & Passiva, significetque actionem ejusdem in seipsum: hæc verò significatio est quam reciprocam nuncupamus: ut הִתְפַּקֵּד visitavit seipsum, vel ipse sponte visitavit: nonnunquam significatio est frequentativa, *viz.* cum descēdit a neutro, *v. g.* הָלַךְ *ivit*, הִתְהַלֵּךְ *itavit*, vel *fecit se ire*: aliquando significatio est passiva, ut *in Oratione Dominica* יִתְקַדֵּשׁ שְׁמֶךָ *sanctificetur nomen tuum*, vel *sanctificet se*: aliquando est falsa simulatio, ut הִתְעַשֵּׁר *simulavit se divitem, venditavit, quas non habuit, divitias*: sic הִתְחַלָּה *Amnon*, i. *ægrotum*

tum se simulavit. Ergo in summa significatio est quadruplex: reciproca, frequentativa, passiva, & falsa simulatio.

Nota hujus conjugationis characteristica est syllaba הִתְ præfixa, habetq; dages forte in secunda radicali, quoniam formatur ab infinitivo conjugationis *Piel*, sic פַּעֵל præfigendo הִתְ fit הִתְפַּעֵל. Quare si forte secunda radicalis sit littera non capax dagesfortis, compensatur per longam vocalem, ut הִתְפָּאַר ornavit הִתְפַּאֵר gloriatus est. Notandum obiter ut à Piel fit Hithpael, sic à Poel fit Hithpoel.

Secundò notandum הִתְ illud servile non semper præfigi: nam Euphonias causa tres sunt exceptiones. 1. Si prima verbi radicalis sit una è litteris sibilantibus, viz. ז, ס, ש, vel ט, cum Euphonias causâ (cujus Hebræi sunt studiosissimi) הִתְ servile non præponitur, sed ת illud servile ex הִתְ collocatur inter primam & secundam verbi radicalem, ut שָׁמַר custodivit, הִשְׁתַּמֵּר custo-

dito-

ſtodivit ſeipſum, vel cavit ſibi, non autem הִתְשַׁמֵּר; quod illis eſt cacophaton. 2. Eâdem de cauſa, *i.* ad κακοφωνίαν vitandam, ſi prima radicalis ſit צ, illud ת ſervile prædictum ſæpe mutatur in ט literam ſymbolicam, & ejuſdem organi, ut צָדַק juſtus fuit: hinc הִצְטַדֵּק juſtificavit ſe. 3. Si prima verbi radicalis ſit ת, ד, ז aut ט tum, per ſyncopen, ſæpe abjicitur ת illud ſervile ex הִת & compenſatur per *dages forte*, ut דָּבַר locutus fuit, הִדַּבֵּר frequenter locutus eſt: ſic הִזַּבָּה mundavit ſe, à זָבָה mundus fuit: at poſt ז ſæpius fit antitheſis converſione literæ ת ſervilis in ד literam ſymbolicam, ut הִזְדַּמֵּן præparavit ſe, à verbo Chaldaico זִמֵּן paravit.

Participii conjugationis *Hithpael* characteriſticon (ut & in *Piel* & *Hiphil*) eſt מ: ſic מִתְפַּקֵּד. Infin. הִתְפַּקֵּד unde quatuor quaſi-gerundia præfixis literis *Bachlam*: Imperativus coincidit cum infinitivo, & inde eſt futurum, per literas אֵיתָן præfixas; ſic אֶתְפַּקֵּד תִּתְפַּקֵּד, *&c.*

Hæc

Hæc de ſeptem conjugationibus ad quatuor reductis, *viz.* *Paal* & *Niphal*, *Piel* & *Pyal*, *Hiphil* & *Hophal*, & denique *Hithpael*; quibus ſi addas *Poel* & *Hithpoel*, novem in ſumma erunt formæ,

Literæ Paragogicæ ſunt quinque: tres uſitatiores ן, י, & ה: duæ minus uſitatæ א & ו, quæ notandæ ſunt non ſolum in Conjugationibus, ſed & in Nominum Declinationibus. Hæc de Analogia, ſequitur Anomalia.

Anomala.

VErba *Anomala* apud Hebræos ſunt duplicia: Deficientia & Quieſcentia. Deficientia ſunt duplicia: deficientia פ (1. prima radicali) *nun*: ut נָגַשׁ acceſſit: 2. deficientia ſecunda radicali: quæ quia ſecundam radicalem geminant, duplicantia ע dicuntur: & à Grammaticis hac figura (ב) notantur: ut סָבַב circumivit. In deficientibus פ Nun defectus primæ radicalis, in conjugatione verbi & verbalibus, compenſatur

pensatur per dages forte; vel (si id non possit fieri) saltem per longam vocalem, ut & in quiescentibus fit.

Hanc formam imitantur duo incipientia à ל: *viz.* לָקַח accepit, & לָתַע commoluit: item octo incipientia à Jod: *viz.* יָצַת flagravit. יָצַר finxit, *i.* formavit: inde enim est יֹצֵר figulus; participium pro verbali. יָצַק fudit יָקַף ambivit, יָצַע stravit, יָנַח statuit יָצַג constituit יָצַב statuit, constituit. Hæc octo Jod abjectum per dages compensant, ut illa, duo Lamed: ideoque dicuntur imitari deficientia פ Nun.

Notandum diligenter, non omnia verba, quæ regula Grammaticæ juxta literas anomala esse indicat, esse protinus pro imperfectis habenda; nec ea, qua revera anomala sunt, esse in omnibus statim & temere pro anomalis ducenda; nisi quatenus usus, & S. S. Scripturæ autoritas talia esse ostendit: *v. g.* incipientia à נ, ante literam πνευματικην, verba sunt perfecta & analoga:

loga: ut נָאַץ sprevit. Insuper hoc notandum non solum ad deficientia, sed & ad omnia anomala spectat.

יָסַף

Deficientium נ *Nun Thema* esto יָסַף *accessit*: Verba hujus formæ in multis servant analogiam; vel ab eâ parum recedunt: nos solam anomaliam persequemur.

יָסַף accessit. Infin. הוֹסִיף accedere: ubi ה finale supplet defectum י initialis. Imper. הוֹסֵף accede. Futur. אוֹסִיף accedam. Niphal נוֹסַף adductus *f. Hipbil* הוֹסִיף adduxit. *Hophal.* הוּסַף adductus est.

In deficientibus נ *Nun*, *Piel*, *Pyal* & *Hithpael* servant analogiam, *viz.* *Pi.* סִפֵּר *Py.* סֻפַּר *Hith.* הִסְתַּפֵּר conjuganda, ut סָפַר. Ubi notandum Defectiva נ *Nun* inchoare defectum ab infinitivo *Kal.* Octo tamen sunt verba, quæ in infinitivo sunt analoga, & defectum non admittunt ante futurum *Kal.* sunt que hæc (memoriæ juvandæ causa observa or-

va ordinem alphabeticum) נָגַח feriit נָדַח impulit, נָחַל possedit, נָטַע plantavit, נָטַר custodivit, נָפַח spiravit, נָפַל cecidit, נָצַר custodivit. In infinitivo נְצֹר non צֶרֶת & sic de cæteris omnibus.

סָבַב

DEficientium secunda radicali, vel geminantium. ע Thema esto סָבַב *circumivit*. In ipso thema defectum patitur: Conjugatur enim sic סַב סַבָּה סַבּוֹתָ, *&c.* ubi itidem dages forte defectum supplet. Infin, סוֹב *circumire*. Imper. coincidit. Fut. אָסוֹב תָּסוֹב, *&c.* *circumibo*. Niphal נָסַב *circumductus est*. Hiphil הֵסֵב *circumduxit*. Hophal הוּסַב *circumductus fuit*. Hic etiam Piel, Pyal & Hithpael analoga sunt ut plurimum.

Notandum esse alia Deficientia duplicia, *viz.* Deficientia ל Nun & ל Thau, *v. g.* טָמַן abscondit: נָרַת excidit. Hæc à multis Grammaticis non annumerantur defectivis, quia in paucis admodum deficiunt; *viz.* ante ea augmen-

augmenta vel terminationes quæ incipiunt ab eâdem consonante: *v. g.* ו ante ו & ר ante ר, ut שָׁמְנוּ *obscondimus*: sic בָּרְתִּי *excidi*. Ergo in summâ Deficientia sunt quadruplicia. 1. Deficientia נ *Nun*. 2. Geminantia ע vel deficientia secunda radicali. 3. ל *nun*. 4. ל *thau*.

Quiescentia sunt verba in quibus reperitur una aliqua è literis אהוי, *i. quiescentibus*. *Quiescentia* indicantur vocali longa, ut אֵשֵׁב *sedebo*, à יָשַׁב *sedit, habitavit*. *Quiescentia* sunt quadruplicia: 1. *Quiescentia* י *jod* ut יָשַׁב. 2. *Quiescentia* ע *vau* vel *jod*: conjunguntur hæc propter eandem anomalias & inflexionis speciem, ut קוּם *surgere*, יָלַד *lactavit*. 3. ל *aleph*, ut מָצָא *invenit*. 4. ל *He*, ut גָּלָה *revelavit*. Notandum nullum verbum incipere à ו, aut in ו terminari.

יָשַׁב

PRimus ordo verborum Quiescentium dicitur י *jod*, quorum paradigma est יָשַׁב: In his jod vel quiescit,

vel

vel abjicitur, & loco ejus ponitur *tzeri*, vel mutatur in י. In infinitivo שָׁבֶת *sedere, habitare*; eodem prorsus modo quo נָגַשׁ *habet* גָּשֶׁת: sic à יָשַׁב fit שָׁבֶת Sed à יָדַע *cognovit*, fit דַּעַת *cognoscere*: quia gutturalia mutant puncta. Imper. שֵׁב *sede*. Fut. אֵשֵׁב *sedebo*. *Niphal* נוֹשַׁב *locatus* f. Infin. הוֹשֵׁב *locari*. *Hiph.* הוֹשִׁיב *collocavit*. *Hophal* הוּשַׁב *collocatus fuit*. Hic etiam *Piel* יִשֵּׁב *Pyal* יְשַׁב & *Hithpael* הִתְיַשֵּׁב *collocavit se*, analoga sunt.

In his, ut in quiescentibus א *aleph* (de quibus postea) primæ literæ nonnunquam excidunt per syncopen, ut אַבֵּד *perdam*, pro אֲאַבֵּד ab אָבַד *periit*: Sic hic יַבֵּשׁ *exarefaciet*, pro יְיַבֵּשׁ à יָבֵשׁ *exaruit*.

Ab *Hithpael* excipiuntur tria, quia mutant *jod* in *vau*, *viz.* יָסַר castigavit, erudivit הִתְוַסֵּר castigavit, erudivit seipsum יָדַע cognovit הִתְוַדַּע cognovit seipsum, vel cognoscendum se præbuit: יָכַח argu t הִתְוַכַּח disceptavit.

Ubi nimis notandum 1ו. verba in futuro (ubi præcipue defectus & anoma-

lia apparet (servaret Yod. 1. יָבֵשׁ aruit. 2. יָגַע laboravit. 3. יָטַב bene esse. 4. יָלַל in Hiphil ejulavit. 5. יָמַן. 6. יָנַק sugere. 7. יָעַף lassus fuit. 8. יָעַץ consilium iniit. 9. יָפֶה pulchrum esse. 10. יָפַח. Hithp. suspiravit. 11. יָצַר finxit, i. formavit. 12. יָקַד arsit. 13. יָקַץ evigilavit 14. יָקַר pretiosus fuit. 15. יָרֵא timuit. 16. יָרָה jecit. 17. יָרַשׁ jure hereditario possedit. 18. יָשֵׁן dormivit. 19. יָשָׁר rectum esse.

Secundo notandum in 9 verbis Yod amitti, & defectum in futuro suppleri per tzeri. 1. יָדַע scivit. 2. יָחַם caluit. 3. יָלַד genuit. 4. יָלַךְ ivit. 5. יָצָא exivit. 6. יָרַד descendit. 7. יָרַע malum esse. 8. יָשַׁב sedit. 9. יָשַׁם desolatus fuit.

בּוֹ

SEcundus ordo Quiescentium dicitur ע Vau vel Yod. In his media radicalis semper vel abjicitur vel saltem quiescit. His ergo ne annumeres ea in quibus ו vel י media radicalis non quiescit: v. g. desinentia in ה: ut קִוָּה expectavit:

vit: הָיָה vel הָוָה fuit: & paucula alia, ut עָיַן *expiravit.* אָיַב *inimicatus est:* quia scilicet vel analoga sunt: ut עָיַן; vel saltem non sunt sic anomala: ut חָוָה non est. Quiescens ע *Vau* cum hic non quiescat; sed est quiescens ל *He.*

Quiescentium ע *Vau* exempla maxime obvia sunt בִּין vel בִּן intellexit. מוּת mortuus est. קוּם surrexit; vel potius intelligere, mori surgere in infinitivo: thema enim non est בּוּן, sed potius בִּן intellexit: inflectitur autem sic בִּן בִּנָה בִּנְתָה, &c. Ergo in ipso themate imperfectionem patitur. Niphal נִבּוֹן *intellectus est.* Piel autem quod dages forte habere debet, pro dages, geminat tertiam radicalem, & si literas spectes, fit formæ *Poel.* Sic בִּוֵּן probè intellexit. *Pual* hic rarum est בֻּוַּן probè intellectus est. *Hiphil* הֵבִין erudivit: Hophal הוּבַן eruditus est. *Hithpael* הִתְבּוֹנֵן cognovit seipsum.

מָצָא

TErtius ordo Quieſcentium eſt ל *Aleph*, & paradigma habent מָצָא *invenit*: ubi א ſæpe quieſcit in vocali longa: ut מָלֵא implevit. Sæpe etiam mutatur in ה: quia literæ iſtæ א & ה ſunt ſymbolicæ, putà unius organi. Conjugatio verbi מָצָא ſic procedit in præt. מָצָא מָצְאָה מָצְאָת מָצְאוּ, &c. In conjugatione verbi מָצָא notandum eſt ſolos infinitivos ab analogia recedere. Infinitivus ergo *Kal* מָצוֹא vel מְצוֹא vel מְצֹאת invenire. Niphal הִמָּצֵאת vel הִמָּצֵא inveniri. *Piel.* מַצֵּא vel מְצַוֹּא cum ſtudio invenire *Pyal* מְצֻוָּאת vel מְצֻיָּא cum ſtudio inveniri *Hiphil* הִמְצִיא *vel* הַמְצוֹת *facere ut inveniat*. *Hophal* הָמְצָא vel הָמְצוֹאת conſtitui ad inveniendum. *Hitbpael.* הִתְמַצֵּא invenire ſe, vel inveniri: reliqua ſequuntur analogiam.

גָּלָה

QUartus ordo Quieſcentium eſt ל *He*: quorum paradigma eſt גָּלָה reve-

revelavit. In hac conjugatione ה quiescit in *Cametz*, *Tzeri* & *Segol*: aliquando ה abjicitur, & tunc ejus loco habent *Chirick m.* aliquando in aliam literam commutatur, *viz.* א, ו, vel ת. Si ה sit Mappicatum, atque adeo mobile, talia jam non sunt verba Quiescentia; sed analoga: ut in his quatuor גָּבַהּ excelluit כָּמַהּ concupivit נָגַהּ splenduit, & תָּמַהּ admiratus est. Ratio in promptu & proclivi est, quia in his ה non est quiescens: non aliter quam supra dictum est de קָוָה, *&c.* in secundo Quiescentium ordine, ubi paradigma erat בּוֹן.

Inflexio verbi גָּלָה in præter. sic procedit. גָּלָה גָּלְתָה גָּלִיתָ גָּלִיתְ גָּלִיתִי, *&c.* *Benoni* גּוֹלֶה per *Segol*, revelans. *Paul* גָּלוּי revelatus. Plur. גְּלוּיִם Fœm. גְּלוּיָה: & נָשָׂא non solùm habet נָשׂוּא sed & נָשׂוּי quasi esset à נָשָׂה converso א in ה: quia literę *Ehevi* symbolicæ sunt facilè inter se commutabiles. Infin. גָּלוֹת vel גְּלוֹת revelare. *Niphal* נִגְלָה revelatus est: *Piel* גִּלָּה studiose revelavit. *Pyal* גֻּלָּה studio-

se revelatus fuit. *Hiphil* הִגְלָה curavit ut reveletur. *Hophal* הָגְלָה factus est revelari. *Hithpael* הִתְגַּלָּה revelavit seipsum.

Octo Notanda de Anomalis.

DE Anomalis octo notanda sunt: Primo verba formæ מָצָא & verba formæ גָּלָה scribi & punctuari per geminum *Cametz*; cum (ut dictum) pleraque alia verba punctuentur per *Cametz* & *Patach*.

Secundo, Notandum esse verba quæ dicuntur Quiescentia א Aleph: ut אָכַל comedit: אָמַר dixit: sed pauca sunt; & in sacris Bibliis fere semper perfectorum more conjugantur.

Tertio, Notandum in unico יָלַד *vivit* (cui literis affine, & significatione synonymum est יָלַל) literam י initialem, quiescere: est ergo quiescens ה *He*: atque adeo in summa Quiescentia sunt sextuplicia. 1. ה *Jod*. 2. ו *Vau* vel *Jod*. 3. א *Aleph*. 4 ה *He*. 5. ה *Aleph*. 6. ה *He*.

Quarto, Notandum literis Ehevi semper

semper quiescere (vide literas Ehevi ante accentus) cum illis subjicitur Scheva quiescens: ut יְהִיה erit.

Quinto, Notandum è literis Ehevi quasdam quiescere & in initio & fini, v. g. א & ה quasdam in principio & medio: ut ו: quasdam in medio solo, ut י.

Sexto, Notandum multa verba dupliciter esse anomala, quæ & Composita, ob hoc, dicuntur, & à Grammaticis notantur sic (*a*) v. g. נָשָׂא (quod πολυσημον est, significatque *tulit, protulit, abstulit, portavit, exportavit, asportavit, deportavit, sumpsit, accepit, levavit, condonavit, pepercit*, &c.) est & deficiens נ *Nun*, & quiescens ל *Aleph*: astringitur autem legibus utriusque anomalias: Nam regula solennis est. *Dupliciter anomala astringuntur omnibus legibus simpliciter anomalorum.* Sic יָצָא *exivit* & יָרֵא *timuit* sunt & Quiescentia פ *Jod* & ל *Aleph*. Sic בּוֹא *venit*, & קוֹא *vomuit* sunt & Quiescentia ע *Vau*, & ל *Aleph*.

Dupliciter anomalorum exempla se-

quentia indicabunt varios modos: נָשָׂא quod in infinitivo habet שְׂאֵת vel שֵׂאת ferre, *&c.* יָצַת *incendit*: נָתַן *dedit*: נָשַׁת *exaruit periit.* אָבָה *voluit* יָנָה *oppreſſit* vel *afflixit*: unde *Jonah*, columba, avis mitis oppreſſioni & afflictioni maxumè obvia & obnoxia. נָשָׁה oblitus eſt: נשׂא *Hiphil. decepit*: הֶאֱזִין in *Hiph. auribus percepit*: יָשַׁן *ſenuit dormivit.* יָבֵשׁ attrivit רָנַן cecinit: חָתַת perterre fecit: רָאָה *vidit*: הָוָה *fuit*: הָיָה *fuit*: שָׁוָה *fuit* חָיָה *vixit*: דוּן *judicare*: מוּת *mori*: בִּין pro בוּן *intelligere*: חִיר *inducere.*

Septimo, inter omnia anomala, & ſupra reliqua, obſerva præcipuè tria, *viz.* הָיָה *fuit*: נָתַן *dedit*: & הִשְׁתַּחֲוָה *adoravit*: quia inter legendum ſacram paginam ſæpiſſime occurrunt, נָתַן etiam ſæpe dupliciter eſt anomalum: quod in præterito ſic inflectitur נָתַן נָתְנָה, נָתַתָּ, *&c.* Infin. תֵּת dare. Imper. תֵּן da: unde futurum præfixis literis *Ethan*: ſic אֶתֵּן *dabo*, &c. שָׁחָה *proſtravit* ſe, eſt radix: in *Hithpael* הִשְׁתַּחֲוָה *adoravit*; *proſtravit*

ſtravit ſe adorandi, vel *honoris exhibendi cauſa*, quod Græcis eſt προσκυνειν: formatur mutando ה finale in ו literam ſymbolicam, & ſuperaddendo aliud ה jam finale: non incipit ab הִתְ, quia prima litera שׁ eſt ſibilans.

Octavo, ſequentia exempla (quando plurima ſint conſimilia) inveſtigationi radicis plurimum conducent: טַעַת & וַיַּטַּע à radice נַטַּע *plantavit* רָנוּ à רָנַן *cecinit*: וַיַּעַשׂ à עָשָׂה *fecit*: וַיַּךְ à נָכָה *percuſſit*. אֵשֵׁב à יָשַׁב *ſedit*. דַּע & דַּעַת & אוֹדִיעַ à יָדַע *cognovit*. וַיִּרְאוּ à יָרֵא *timuit*: אָקוּם à קוּם *ſurgere*: אָתוֹם à תָּמַם *abſolvit* חֹק à חָקַק *deſcripſit*, *ſtatuit*: ut & כָּל à כָּלַל *perfecit*: שָׁב à שׁוּב *reverti*, ut & מֵת à מוּת *mori* שָׂא & שֵׂאת & שְׂאֵת à נָשָׂא *tulit*, &c. הַט à נָטָה *inclinavit* ſic הַךְ à נָכָה *percuſſit*: הַזֵּה à נָזָה *aſperſit*. גֵּשׁ & גֶּשֶׁת à נָגַשׁ *acceſſit*: צֵא & צֵאת à יָצָא *exivit*: שֵׁב à שֶׁבֶת à יָשַׁב *habitavit*. קָח & קַחַת à לָקַח *accepit*. תַּתָּה & תֵּת & תֵּן à נָתַן *dedit*. In his enim, & ſimilibus, ſæpe

duæ tantum radicales literę apparent, sæpe etiam unica; & tunc investigatio radicis est difficillima.

Punctorum mutatio.

APud Hebræos multiplex est punctorum mutatio, quæ cum res longè operosissima tyronibus videatur, plurimos hucusque progressos ab ulteriori progressu abterruit, sed (ni fallor) non male praxi & usu addisci potest quantum sat est: interim hæ pauculæ regulæ teneantur.

Prima: Accentus distinguentes, *i.* Grammaticæ interpunctionum accentus, mutant sæpe vocales breves in longas; Contrà, *Maccaph* sæpe mutat vocales longas in breves. Sequentia exempla indicabunt punctorum mutationem propter accentum. 1. אֶרֶץ pro אֶרֶץ. 2. לִילָה pro לִילָה. 3. תֹּאבַד pro תֹּאבַד. 4. לְךָ pro לְךָ tibi.

Secunda: *Crescente numero syllabarum decrescit sæpe quantitas punctorum, i.* longæ vocales

vocales mutantur in breves, breves in brevissimas vel longæ etiam in brevissimas, ut דָּבָר *verbum* דְּבָרִים *verba*, סֵפֶר *liber*: סְפָרִים *libri*. מֶלֶךְ *rex* מְלָכִים *reges*. אֹהֶל *tabernaculum* אֹהֳלִים *tabernacula*.

In declinationibus etiam aliæ quam plurimæ possunt mutationes observari, ut in sequentibus patet exemplis, in quibus inflectio, e jusq; anomalia etiam notanda sunt: *v. g.* צְבִי *hinnulus* צְבָיִים *hinnuli*. כְּלִי *vas* כֵּלִים *vasa*: Sic in dageshatis: ut גָּמָל *camelus* גְּמַלִּים *cameli*: קֵן *nidus* קִנִּים *nidi*. תּוֹם *integritas* תֻּמִּים *integritates, perfectiones*: quod (unà cum אוּרִים, *i. ignes* vel *lumina*) positum fuit in pectorali *Aaronis*: quæ duo indicant legatum *Dei sanctum* & *doctum* esse debere.

Tertia: magna est variatio punctorum propter affixa, ut דָּבָר verbum: hinc דְּבָרִי verbum meum; דְּבָרַי verba mea: דְּבָרֵנוּ verbum nostrum: דְּבָרֵינוּ verba nostra. Sic דְּבָרְךָ verbum tuum; דְּבָרֶיךָ verba tua: דְּבָרְכֶם verbum vestrum; at דְּבָרֵיכֶם verba vestra. Ubi notandum

ם detrahi è duali & plurali propter affixa. Sic דְּבָרוֹ verbum ejus דְּבָרִים verba eorum, & sic de reliquis.

Eadem est & verborum ratio quoàd affixa, *v. g.* פָּקַד visitavit פְּקָדַנִי visitavit me: Sic *Eli, Eli, lamma sabachthani*: p. l. *Eli, i.* mi Deus fortis, *Eli, i.* mi Deus fortis, *lamma, i.* quare *vel* cur, ad verbum, ad quid; *sabachthani*, p. l *i.* dereliquisti me. Ubi notandum radicem *Psal.* 22. 1. esse עָזַב reliquit, dereliquit, deseruit; ita ut scribendum esset *ghnazabtani*; at Christus usus est verbo שָׁבַק deseruit, quod *Syrorum & Chaldæorum* est: ita ut nostris characteribus sic videatur potius depingendum *shebaktani*, p. l. Sic פְּקָדָנוּ visitavit nos: & sic de cæteris verbis.

Adduntur denique affixa partibus indeclinabilibus, *v. g.* כְּמוֹכֶם sicut sicut vos. Ubi notandum מִן esse parelcon: nam מִן separabile (pro quo sæpe ponitur כ inseparabile) significat sic vel sicut. Sic אֵל ad (אֵל Deus fortis

per

per ſyncopen ab אֵיל fortitudo, virtus) אֵלַי ad me: אִתִּי cum mecum: & ſic de cæteris: ubi etiam mutationem puncti obſervare licebit.

Quarta: ob ſtatum regiminis magna fit punctorum mutatio. Dictiones apud Hebræos dicuntur nonnunquam eſſe in ſtatu abſoluto; nonnunquam in ſtatu regiminis. Cum dictio non regit caſum, dicitur eſſe in ſtatu abſoluto; Contrà, cum dictio regit caſum, *v. g.* cum unum ſubſtantivum regit aliud in genitivo, tum dictio regens dicitur eſſe in ſtatu regiminis; contrà quam fit apud Græcos & Latinos: apud hos enim vox variata vel corrupta eſt dictio quæ regitur, ut *Amo Deum; omnia debemus Deo: quicquid habemus eſt Dei.* Exempli cauſa דָּבָר *verbum*, in ſtatu abſoluto; at in ſtatu regiminis dicimus דְּבַר הַמֶּלֶךְ *verbum regis.* Ubi valde notandum dictionem regentem nunquam habere ה demonſtrativum, ſed dictionem rectam. In ſtatu abſoluto dicimus pluraliter דְּבָרִים

דְּבָרִים *verba*; at in ſtatu regiminis illud (ים.) mutatur in (י) jod quieſcente, ſic דִּבְרֵי *verba*, & ſecundaria contractione דִּבְרֵי. Sic פֶּלֶג *rivus*. Plur. פְּלָגִים *rivi*; at in ſtatu regiminis dicimus פַּלְגֵי, & ſecundaria contractione פַּלְגֵי *Pſal.* 1. 3. Sic in duali רַגְלַיִם *pedes*: in ſtatu regiminis רַגְלֵי à רֶגֶל *pes*. Itidem in ſecunda declinatione ה ſingulare finale, in ſtatu regiminis mutatur in ת: & terminatio pluralis וֹת vertitur in וֹת: de quibus omnibus in anomalia contractionis poſt declinationes dictum, & inde petenda ſunt exempla.

Partes indeclinabiles.

QUod ad partes Indeclinabiles, (quas Hebræi מִלּוֹת, *hoc eſt*, particulas vocant, vel à מָלַל *loqui*, unde מִלָּה *dictio*, & ſic eſt Synecdoche, vel à מוּל *præcidere*, & ſic eſt dictio præciſa) in omnibus linguis, eas praxi melius quam præceptis addiſci compertum eſt: Ideoque eas ad praxin referentes,

rentes, alto impræsentiarum tantùm non præterimus silentio.

Tria interim notanda: 1. nos *Adverbium, Præpositionem, Interjectionem, & Conjunctionem* conjungere, cum distinctio ex apposita significatione satis pateat.

2. Particulas in separabiles, & inseparabiles dividi. Separabilium exempla sunt אַל ne: לֹא non: אַיִן non: בַּל nequaquam: אָז tunc: אַחַר post: אֶל ad מִן à *vel* de, עַד usque עַל super, אֵת cum נָא quæso, אֵהּ heu, גַּם etiam אִם si, כִּי quia אִם־לֹא nisi: כִּי אִם sed: אוֹ aut.

Inseparabiles sunt quæ continentur hoc memoriali מָהּ וְכָלְבָ, quorum punctum proprium à natura (si ה excipias) est Sheva. Sed & hìc puncti variatio est multiplex: *v.g.* in ו &. Nam. 1 ante literas בוּמַף & Shevatas Shurek fit: sed si litera Shevata sit Jod, Chirick ponitur sub ו; ut וִימִין & dextra. 2. ante Sheva compositum habet punctum affine simplex. 3. ante accentum proxume subsequentem habet Cametz: denique

nique in futuro habet Patach, & tum dicitur ו *Versivum* vel *Conversivum*, quia vertit futurum in significationem præteritam, & contra præteritum in significationem futuram: ut וַיֹּאמֶר & dixit; ad verbum tamen, & dicet: est enim futuri temporis, & Jod illud est litera אֶתְנַחְתָּא: Contra ו *Versivum* mutans præteritum in significationem futuram habet proprium punctum. *i.* Sheva: ut וְשָׁמַרְתָּ & custodies; ad verbum tamen, & observasti. Ubi etiam notandum futurum sæpe poni pro præterito cum adverbium אָז, *i.* tunc, præcedit: ut *Exod.* 15. 1. אָז יָשִׁיר tunc cecinit *Moses, &c.* ad verbum tamen tunc canet: sic *Num.* 21. 17. *Deut.* 4. 41. Deinde notabis ו non esse Conversivum, cum aliud præteritum præcedit: ut וְעָשָׂה מִי פָעַל quis operatus est & fecit.

Sic ב, כ & ל ante aliud Sheva, ne duo *Shevaim* concurrant, in initio dictionis habent *chirick p.* ut בִּדְבַר in verbo: pro בְּדָבַר: sic כִּדְבַר sicut verbum: לִפְקוֹד

ad

ad visitandum. Ante dages ב & ל habent patach: ut בַּסֵּפֶר in libro: Ergo nativum punctum non semper servatur.

Inseparabilium מָה וְכָלֵב significata sunt hæc: מ est pro separabili מִין à, de. ה est pronomen præfixum: ו &; כ pro כֵּן sicut: quod interdum evadit Demonstrativum cum Patach & sequente Dages: ut כַּמֶּלֶךְ sicut ille rex: ל ad: ב in vel cum: ut è literis Bachlam jampridem patet. ב instrumentum, notat, ideoque in. *N.T.* sæpe exprimitur per ἐν *Hebraismo* maximè obvió, ut ἐγὼ βαπτίζω ἐν ὕδατι; cum apud *Græcos* instrumentum ponatur in dativo sine præpositione, ut ἀπεκτεινε τον φιλον τῷ ξιφει.

Inseparabilium quidam tres ponunt classes: quasi quædam tantum præponerentur, quædam tantum post ponerentur, quædam utrinque locari possent; sed revera omnes inseparabiles postponuntur; nam ם clausum finale tantum postpositum, non est pro מִין: ut יוֹמָם interdiu; nec ה postpo-

positum

situm est pronomen, ut patet: *ver. gra.* וְלַיְלָה & noctu: sunt ergo potius literæ hæemanticæ vel paragogicæ.

Cæterum hic duo notabis. 1. ה in fine dictionis præcedente Segol nunquam est servile, sed semper radicale; at in statu regiminis pro Segol habet Tzeri: ut מִקְוֵה congregatio, expectatio; à קָוָה expectavit in *Niphal* confluere; at מִקְוֵה הַמַּיִם congregatio aquarum, *Gen.* 1. 10. in statu regiminis. 2. ה finale, si accentus (׃) sit in initio, est locale: ut אַרְצָה ad terram: sic מִצְרַיְמָה *ad Ægyptum. Exod.* 1. 1.

Tertiò notandum particulas dividi in primitivas & derivativas. Primitivarum exempla præter datas, sunt הַ nunquid: עִם cum: נֶגֶד coram: טֶרֶם ante: אַךְ tamen: יַעַן propterea quod: לָכֵן itaque. Derivativarum exempla sunt פֶּן ne forte, hæsitantis, dubitantis particula, a פּוּן dubitavit, hæsitavit. בְּלִי non vel sine, & בִּלְתִּי & לִבְלְתִּי idem, à בַּל non, nequaquam: רַע male: טוֹב bene: יָשָׁר recte: יוֹתֵר

יותר magis. לפני coram. אפס tantum, præter, minime. Sic adverbia gentilia fiunt è fœmin. יהודית *Hebraïce*: אדמית *Syriacè*: יונית *Græce*: רמית *Latinè*.

Denique de מ egregiè tria notabis. 1. per Apocopen amittere ם: ut מבל de omni. 2. Epentheticum מ admittere; ut ממנו de eo. 3. Nun abjectum compensari, si non per dages, saltem per longam vocalem: simile videre est in anomalorum initio: ut מהרע ab illo malo; in oratione Dominica.

Syntaxis.

GRæcam concinnantes Grammaticam, Latinis vulgaribus constructionibus, utriq; linguæ communibus, ne videantur actum agere, omissis, nonnullos tractant Hellenismos, hic nos ergo nonnullos Hebraismos attingemus.

Primo: Nominativus & Verbum in genere numero & persona (ut *Romæ* relativum cum antecedente) concordant: verba enim habere genus nominale hactenus dictum. *Exi-*

Excipe בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים. *i.* In principio creavit Dii: si vertas ad verbum: hic discordant in numero. Creavit, ut denotetur Deus essentiâ unus: Dii personis trinus: pro Deus creavit: & aliæ multæ consimiles sunt anomaliæ, in quibus, honoris causa, plurali utuntur, pro singulari: *Job.* 35. 10. *fit contra ob eandem rationem.*

Secundo; Adjectivum (quod semper postponitur) & Substantivum concordant in genere & numero.

Excipe אֲדֹנִים קָשֶׁה Domini durus, *i.* durissimi: Sic מְקוֹר חַיִּים fons vivarum: per Eclipsin: sub: aquarum: Ergo חַיִּים est duplex, Substantivum, vita, & adjectivum vivi, viventes à singulari חַי vivens. Adjectivum servat genus numeri singularis: ideoque cum nomen in singulari est *fœm. gen.* & plurali *masc. gen.* ut תְּאֵנָה ficus תְּאֵנִים fici si jungatur adjectivo in plurali, adjectivum est *fœm. gen.* ut תְּאֵנִים טוֹבוֹת fici boni; & contra: ut אָבוֹת טוֹבִים patres boni.

Numeralia

Numeralia cardinalia à 3. ad 10. terminatione masculina junguntur fœmininis; & contra terminatione fœminina junguntur masculinis: cætera promiscue adhærent masculinis vel fœmininis, singularibus vel pluralibus: ut אַרְבָּעָה גְבִיעִים *quatuor lances* אַרְבָּעִים יוֹם *quadraginta dies.* Ubi notabis numeralia adjectiva, ne non omni modo anomalissima essent, contra receptum ordinem præponi. Denique Cardinalia, per Enallagen, sæpe transeunt in classem Ordinalium: ut anno (ad verbum) duobus; pro secundo.

Tertio: Verba sensuum, sive exteriorum sive interiorum, accipienda sunt cum effectu & affectu: ut *Psal.* 1. 6. *Dominus novit viam justorum.* Novit cum effectu. *i.* cognoscit; novit cum affectu. *i.* amat & approbat: Sic in novo Canone: *Discedite à me, non novi vos, i.* non amo, non approbo.

Quarto: Verba quæ variant significationem, sæpiuscule etiam variant

constructionem ut: שָׁמַע *Gen.* 3. 10. cum accusativo; at *vers.* 17. cum dativo: quia aliud est audire. *i.* auribus haurire; aliud auscultare. *i.* morigerari: & sic de multis aliis.

Quinto: Impersonalia, vel potius quasi impersonalia, vel carent constructione, vel imitantur constructionem suorum verborum: sunt q, duum generum, vel tertiæ pluralis ab activis, ut אָמְרוּ dicunt, vel tertiæ singularis à passivis: ut יֵאָמֵר dicitur vel dici solet. Ubi notandi sunt hujusmodi Hebraismi: Numeraverunt mihi noctes molestiæ, *i.* numeratæ vel constitutæ sunt mihi, *Job.* 7. 3. Sic, vocabitur tibi civitas justitiæ, *i.* tu vocaberis, *Jes.* 1. 26.

Sexto: Finitum verbum ab altero finito regitur eodem numero, genere, persona, & tempore, ut אַל תַּרְבּוּ תְּדַבְּרוּ, *i.* ad verbum, ne multiplicetis loquamini; sed ad sensum, ne multis loquamini, vel ne multiplicetis verba. Sic, profundaverunt corruperunt, *i.* profundissimam

mam in corruptionem projecti sunt.

Si significetur actio continuata infinitum sequitur, finitum præcedit: ut audite audiendo, *i.* constanter audite, & perseverate audiendo; Si emphaticum sit; infinitum præcedit, finitum subsequitur, ut moriendo morieris, *i.* certissimè morieris: sic videndo vidi: diripiendo diripieris. In hujusmodi phrasibus negatio adhibita vel situm habet ante utrumque verbum, & sic non est negatio universalis, sed quadam-tenus, ut non moriendo morieris, *i.* fortasse non morieris; vel situm habet inter duo verba, & sic negatio est universalis & vehementissima, ut moriendo non moriemini, *i.* planè non moriemini.

Septimo. Multi alii Hebraismi notandi sunt, *v. g.* Filius anni, *i.* agens annum primum vel unum. Sic, bestia agri, *i.* bestia agrestis, fera. Sic reversus est & fodit, *i.* iterum fodit: Sic, benefecisti videndo, *i.* benè vidisti. Sic, non omne opus, *i.* nullum opus. Sic,

domus

domus Sanctitatis, *i.* sancta. Sic, Filius perditionis, *i.* perditus. Sic, filius iræ, *i.* iræ æternæ destinatus. Sic, filius bovis, *i.* vitulus vel juvencus: & similia plurima ejusdem farinæ.

Octavo: Figuræ præcipuæ sunt Ellipsis, Pleonasmus & Enallage; quæ in sacris Bibliis veteris Canonis valdè frequentes sunt.

Denique, Notandum Apostolos, Spiritus Sancti in novo Canone conscribendo Amanuenses, licet Græcè scripserint, (propter imperium *Alexandri Magni*, & successorum, non ita pridem præcedens hæc lingua omnibus maximè obvia & nota fuit) cum Hebræi essent, multis Hebraïsmis usos fuisse, ut μια σαββατων, i. ημερα του σαββατου, *Matt.* 16. 2. 9. *Ioan.* 20. 1. 19. Sic, ἐπιθυμια ἐπεθυμησα, *Luc.* 22. 15. desiderio vel desiderando desideravi, *i.* ardentissimè desideravi: & sic de cæteris quam plurimis.

Coronis.

Coronis.

HEbræis vox primitiva dicitur שֹׁרֶשׁ i. radix; præcipua, ac pene unica pars praxeos est inventio radicis, vel investigatio thematis; quo invento, reliqua erunt facillima. Radices Hebrææ sunt circiter 1700. præcipuæ radices sunt plus minus mille, ut in *Chiliade Hebraïca* patet.

Enchiridio huic, ne justum fieret volumen, nullam præceptorum Grammaticorum praxin subjecimus; cujus loco *Inventionem radicis* discе.

Ut inveniatur radix, tenenda est ad amussim, & ad unguem divisio consonantium in Serviles & Radicales: nam Radicales notant radicem thematis; Serviles notant Pronomina affixa, Adverbia, Præpositiones mutilas; item Genus, Numerum, Casum, Personam, Inflexionem, Derivationem, & cætera Accidentia. Vide tertiam divisionem Consonantium: De inventione radicis hos habe versiculos.

Abjice

Abjice serviles, & tres si forte supersint,
Radicem thematis noveris esse tui:
Sin tantùm remanere duas conspexeris, adde
ה *aut* י *capiti, vel dato* י *medio:*
Aut ה *postponas, aut conduplicato secundam,*
Recta statim radix provenit inde tibi:
Unica sin remanet mihi litera, quando removi
Serviles, radix, dic age qualis erit?
ה *à principio, vel* י *superadde, quiescens*
ה *fini; radix inde petita venit.*
Quicquid analogicæ normæ dissentit ab usu,
Hoc exercitium, Lector *amice, docet.*

V.g. in voce תִּפְקֹדוּ, illud ת initiale est servilis litera *Ethan*, notans tempus futurum; illud ו finale item est servile, notans singularem numerum, personam secundam, & genus *fœmin.* abjice ergo ת & ו, supersunt tres literæ פ, ק & ד, quibus si consueta subjicias puncta, thema emerget פָּקַד; & sic de aliis consimilibus statuendum. At si post abjectionem Servilium, remanebunt tibi solæ duæ literæ, persuadeas tibi verbum esse imperfectum & Anomalum, referendum

ad

ad unam è decem speciebus Verborum imperfectorum: quatuor enim sunt species verborum *Deficientium*, & sex *Quiescentium*; sed in versibus continentur quinq; tantùm species verborum imperfectorum; residuæ enim quinque rarò occurrunt. versus ergo sic erunt supplendi: adde י aut ו capiti propter verba formæ יָשַׁב & formæ יָשַׁב: adde etiam capiti א & ה, propter verba formæ אָמַר & הָלַךְ: Sed hoc discrimine, adde capiti נ sæpius, ו rarius, א rarissimè, & ה in unico bis jam dicto הָלַךְ: Vel dato ו medio: adde vel ו; propter verba formæ בּוֹן & formæ נִיקַ: Sed hoc discrimine; adde ו sæpius; ו rarius. Aut ה postponas propter verba formæ גָּלָה: adde, postponas etiam א, propter verba formæ מָצָא; etiam ן propter verba formæ שָׁמַן & ח, propter verba formæ בָּרַח: sed hoc discrimine; postponas ה sæpissimè, א rarius, נ aut ח rarissimè. Vel conduplicato secundam: propter verba geminantia ע, formæ סָבַב; & sic

Recta

Recta statim radix provenit inde tibi.
Sed li, post rejectionem Servilium, unica remaneat litera; tum ל addendum est initio, & ה Quiescens fini, propter verba formæ נָשָׂה, vel י addendum est initio, & ה Quiescens fini, propter verba formæ יֶשׁ *est, sunt, fuit*, vide octo notanda de anomalis. Quisnam omnium horum modorum sit, oblato verbo imperfecto, mediocriter exercitatus in verborum inflexione, *i.* personarum & generum terminationibus, notis conjugationum characteristicis, temporum & modorum, participiorumque formationibus, participalium & verbalium deductionibus, quivis sine morâ prodet, adhibito Lexici adminiculo.

Postremò notandum in Lexicis *Hebraïcis radicem* exprimi majori charactere, *ramos* minori: & *Calepini* more, omnia derivata primitivo subjici, non *Thomasij* ritu ordine Alphabetico omnia describi: & siqua radix careat punctis, obsoleta est, ut apud Latinos *Fendo*.

אָמֵן FINIS.